Lyra Prophetica

DAVIDIS REGIS.

Sive

ANALYSIS

CRITICO-PRACTICA

Psalmorum.

IN QVA

Omnes & singulæ voces *Hebrææ* in *Psalterio* contentæ, tam Propriæ quàm Appellativæ (nullâ exceptâ) ad Regulas Artis revocantur; earúmque significationes genuinæ explicantur: Elegantiæ linguæ propriæ evolvuntur.

INSVPER

Harmonia *Hebræi* textus cum Paraphrasi *Chaldæa*, & Versione *Græca* LXXII. Interpretum, in locis, sententiis discrepantibus, fideliter confertur.

Cui ad calcem addita est

Brevis Institutio Linguæ *Hebrææ* & *Chaldææ*.

Studio & vigiliis

VICTORINI BYTHNERI Poloni,

Linguæ *Hebrææ* Professoris.

Opus novum: nec antè in tali forma tentatum, in quo quid præstitum, Præfatio ad lectorem indicabit.

ESA. 24. 15.

בָּאֻרִים כַּבְּדוּ יְהוָה

In ipsis ignibus celebrate Jehovam.

LONDINI.

Typis *Jacobi Flesher*, impensis *W. Wasse*. Prostat apud *Joh. Sherley* in vico vulg. voc. Little-Britain: & *Timoth. Garthwait* in *Cœmiterio Paulino* cis parvam portam Aquilonalem. M DC L.



Almæ Matri, Academiæ

OXONIENSI,

LINGUÆ

Hebrææ antiquissimæ cultrici *;

In eáque

Honoratissimo Dno CANCELLARIO,

Insignissimo Dno VICECANCELLARIO,

Cæterísque

Reverendis, & Clarissimis Dn. Doctoribus, & Professoribus: Collegiorum & Aularum Præsidibus, Rectoribus, Custodibus, Magistris & Præfectis: totíque coronæ studiosorum lectissimæ;

Tenuem hunc obscurúmque laborem,

perpetuæ tamen observantiæ MON.

LIB. MER. D.D.

VICTORINUS BYTHNER,

olim in Æde Christi, Linguæ Hebr. Prælector.

* In Concilio Viennensi & Lugdunensi, (circa Ann. 1308) sancitum est, *ut in Academiis, Romanâ, Parisiensi, Oxoniensi, Bononiensi, & Salamanticâ, in singulis sint duo Professores Linguæ Hebrææ, Arabicæ & Chaldææ.*

Lectori benevolo Salutem.



N lucem uſúmque communem prodit nunc Analyſis Critico-Practica libri Pſalmorum, *quam emitto, vel potiùs præmitto aliis, quæ in cæteros libros Vet. Teſt. Deo adnuente, daturi ſumus. I, mi liber, ad incerta itinerum exploranda, perſcrutare, quinam amici & qui hoſtes, qui laquei & quæ inſidiæ; ut vel tutò poſthæc in Famæ campum prodeamus, vel in fidis ſilentii caſtris quieſcamus: at nunc utcunque res cadet,* ἐῤῥίφθω κύβος (jacta eſto alea.) *Et ne te lateat, Lector, propoſiti noſtri ratio, hæc tene.*

Primò, quòd omnes voces Pſalterii, ſecundùm ἀκρίβειαν *Grammatices enucleavimus, etiam minutiſſimas; ídque eo conſilio, ut non ſolùm eos, qui vocalis Magiſtri operâ utuntur, alacriores in hoc ſtudio reddamus, verùm etiam qui mutos adire coguntur, brevi temporis intercapedine,* עִם אֳנִיּוֹת אֵבֶה navibus deſiderii *(Job 9.26.)* אֶל מְחוֹז חֶפְצָם ad portum oblectationis ipſorum, *(Pſ. 107.30.) provehamus. Ideóque characteribus Hebræis, illicò ſubjunximus lectionem literis Latinis expreſſam, communi pronunciatione Grammaticorum retentâ, ſolâ literâ* ע *exceptâ, de qua cum inter eos lis ſit, hìc nobis partes Palæmonis aſſumere non libuit, ſed hoc libitui tuo, Lector, reliquimus: vocalem verò* (ֻ) *quæ per* u *acuminato ore effertur, ad differentiam* וּ ou *longi, per* ü *notavimus: denique (:) mobile, cum inchoare debeat, non verò per ſe conſtituere ſyllabam, alteri conſonanti ſemper conjunximus, v.g.* בְּתוֹרָתוֹ Betho-ra-thó, *non verò* Be-tho-ra-tho.

Secundò, ipſos fontes Hebræos, per rivulos diduximus, i.e. expoſitionem ipſarum vocum, ex probatiſſimis Grammaticis & Lexicographis, nec non affinium linguarum, Chaldææ, Syræ, nonnunquam & Arabicæ, collatione, addita inſuper Græcâ LXXII, *in locis diſcrepantibus, interpretatione:*

terpretatione: ita ut vel hinc pateat studii hujus linguæ necessitas summa. Etsi enim extant interpretationes necessariæ populo, & profectò non contemnendæ, (inquit Phil. Melancthon) tamen Deus semper vult testes illarum interpretationum esse. Nec te offendat Lector, in Latina versione dictionum quasi inconcinna quædam combinatio: nam Hebræismi hic rationem habere voluimus, non verò Latinitatis.

Tertiò, Indicem omnium & singularum vocum Psalterii construximus, idque non sine labore & tædio nostro magno; at cum tuo (Lector) fructu: cùm enim videas, aliquas voces in versibus, vel integros versus in Psalmis, aut etiam totos Psalmos omissos, sit tibi Index, illa omnia jam in prioribus Numeris fuisse tractata, unde eorum interpretationem petes.

Quartò, ipsi Indici Clavem Psalterii subjecimus, h. e. 564 versiculos ex Psalmis decerptos, in quibus omnes & singulas voces Psalmorum, uno quasi ictu oculi intueri potes: quos si probè memoriæ mandaveris, crede mihi magno tibi adjumento ad intelligenda integra Biblia erunt; & verè verum experieris illud: نَامْلَةْ بِنَامْلَةْ كُول تُوَاوُر اكْتَلَةْ gutta cum gutta, lacum facit. *Nam omnes voces Radicales, tam Hebrææ quàm Chaldææ, in Bibliis juxta ordinem Buxtorfii, sunt 2107, ex quibus, subtractis Chaldæis 360, integer numerus purè Hebraicarum manet, 1867, at ex eis, in hisce versiculis reperies 1184, (non ut Tossanus, qui aliquas omisit, 1171.)*

Denique, ad calcem libri, Institutionem linguæ Hebrææ & Chaldææ, addidimus, utramque succinctam, at ad has linguas sufficientem. Et quidem Grammaticæ Hebrææ præmissum est Sceleton, quo Lectorem, probè intellecto schemate Conjugationum pag. 15. proposito, uti potiùs, quàm ipsâ Grammaticâ (compendii ratione habitâ) vellem; cætera usui, qui optimus est magister, committenda.

Et hæc sunt, quæ te paucis scire volui Lector, ut his faveas, &

peregri-

peregrinum hoc idioma considerares, non ut Æneas visis Vulcanianis armis, Miratur, rerúmque ignarus imagine gaudet, *(lib.8. Æneid. in fine) sed ita ut legendo artifex efficiaris.*

Vale.

ERRATA.

NOnnulli errores inter excudendum sese insinuârunt, quos nec typographi solertia, nec correctoris industria, impedire potuerunt: eos sic corriges.

Pag.1. col.1.lin.33. pro Reg. *96.* lege *76.* Pag.2.col.2. lin.7. pro R. 114. lege 115. Pag.3.col.1.lin.*6.* excidit ו Pag.141.col.1.lin.14.lege σύβεχ. Pag.155. col. 2. lin. 30. deest 112. Pag.*162.* & *163.* pro Num. 11*29*—— 1145. lege 11*39*—— 1155. In Indice pag. 1. col. 1. lin. 5. pro *937.* transpone *973.* Pag.38. col.1. lin.40. pro 535. lege 533.

Liber

ספר תהלים

LIber *Psalmorum*, Act.1.20. Hebræis inscribitur סֵפֶר תְּהִלִּים *liber hymnorum sive laudum*, eò quòd potissimùm in eis divinæ laudes celebrentur, & gratiæ pro acceptis beneficiis, Deo agantur. Qui titulus sumptus videtur, ex inscriptione Psalmi 145. תְּהִלָּה לְדָוִד *Laus Davidis*, qui totus Psalmus, nil nisi laudes Dei recenset. Græcis, etsi impropriè, dicitur *Psalterium*, quæ appellatio etiam apud Latinos invaluit. Propriè autem Psalterium est instrumentum musicum decachordum, superius ventrem habens concavum, formâ referens Græcorum Δ majusculum: & Hebræis נֵבֶל vocatur, ad cujus sonum Psalmi Davidici in templo decantari solebant. Partiuntur autem Hebræi Psalterium in quinque libros: quorum tres priores finiunt in אָמֵן וְאָמֵן *Amen & Amen*, Psal. 41. vers. ult. Psal.72. vers. penult. Psal.88. vers.ult. Quartus in אָמֵן הַלְלוּ־יָהּ *Amen Halelujah*, Psal. 106. vers.ult. Quintus in solo הַלְלוּיָהּ *Halelujah*, Psal. 150. vers.ult.

PSAL.

PSALMUS I. א

1 אַשְׁרֵי Ash-ré] *Beatitudines*, vel adjectivè *Beatus*, ut LXX *μακάριος*, Targum טוּבֵיהּ *beatitudo ejus.* Est nomen plurale masculin. absque singulari, idque in Regimine, Regul. 34. Legitur 26. vicibus in Psalmis, sed semel tantùm cum Affixo, אַשְׁרֶיךָ *Beatus tu*, scil. eris, Psal. 128. 2. Potest etiam אַשְׁרֵי exponi adverbialiter, *Benè, Beatè, Fœlicitèr*, ô quàm prosperè cum eo agetur. Eleganter occurrit cum ellipsi sequentis Nominis, אַשְׁרֵי תִּבְחַר *Beatus* (ille vir quem) *elegeris*, Ps. 65.5. Radix est אָשַׁר *Beatè incessit, Recto pede ambulavit*, sicque congruit cum יָשַׁר *Rectus fuit*, commutatis literis א & (י) R.2.

2 הָאִישׁ Ha-ish] *illius viri.* אִישׁ *Vir*, generaliter *Homo*, ut 1 Chr. 16.21. *Non permisit* לְאִישׁ *Viro*, quod Psal. 105. 14. redditur, *Non sivit* אָדָם *Homini nocere illis.* Item *Vir*, i.e. quilibet, ut Ps. 12. 3. *Loquuntur vanitatem* אִישׁ *Vir*, i.e. quilibet. Item *Vir*, i.e. virili animo præditus, Magnas, ut Psal. 49. 3. *Filii hominis & filii* אִישׁ *Magnatis*, Nobiles. Dicitur etiam de aliis rebus, ut Ps. 80.18. *Sit manus tua super* אִישׁ *Virum dextra tuæ*, i.e. vitem quam plantasti. Legitur in Psalmis cum sex Præfixis, מֵאִישׁ *à Viro.* (ubi מ cum (··) ob indageshabilem, R.74.) הָאִישׁ *Ille vir*, (cum ה Emphat. R. 76.) וְאִישׁ *Et vir*, לְאִישׁ *Ad virum*, vel *Viro*, בְּאִישׁ *In virum.* כְּאִישׁ *Sicut Vir.* In plurali אִישִׁים *Viri*, extat semel Psal. 141. 4. pro quo usitatius est אֲנָשִׁים *Viri, Homines.*

3 אֲשֶׁר Ashér] *qui*, Pronomen Relativ. indeclinabile, *qui, quæ, quod* : aliquando Conjunctio, *quoniam, quòd, ut.* Etymon hujus vocis invenire, haud facile est. Habet Synonyma, הַ R. 76. & שֶׁ R. 75. הַ Relativum semper in casu recto ponitur, secus quàm אֲשֶׁר & שֶׁ Legitur cum duobus Præfixis, וַאֲשֶׁר *et quòd*, vel *et qui*, כַּאֲשֶׁר *secundum quod.*

4 לֹא Lo] *non.* Cum Verbis, est prohibendi & negandi adverbium : cum Substantivis, *Sine, Absque*, ut Psal. 17. 1. בְּלֹא *In non labiis*, i.e. absque. In tota S. Scriptura, occurrit tantùm 35. vicibus cum ו in medio, h.m. לוֹא. Legitur in Psalmis cum 4. Præfixis, שֶׁלֹּא *quòd non*, הֲלֹא *an non?* cum הֲ Interrogativo, R.77. & הֲלוֹא Ps. 44. 22. וְלֹא *et non*, בְּלֹא *in non.*

5 הָלַךְ Ha-lách] *ambulavit. Ivit, incessit* ; metaphoricè usurpatur de vita, moribus & actionibus. In Psalmis in Præterito Kal flectitur sic : הָלַךְ *ambulavit*, הָלַכְתִּי *ambulavi*, הָלְכוּ *exiverunt* : & in pausa converso (:) in (ָ) R. 132, הָלָכוּ *ambulârunt*, Psal. 119. 3.

6 בַּעֲצַת Ba-yatsáth] *in consilio.* A יָעַץ *consuluit*, Nom. fœmin. abjecto (י) R. 161. n. 1. עֵצָה *consilium*, tam id quod consulitur, quàm quod efficitur consilio. In Regimine converso ה in ת R.34. & (··) in (:) R.116. sub gutturali in (ֲ) R.12. fit עֲצַת *consilium.* In Psalmis legitur cum duobus Præfixis, וַ *Et*, בַּ *In*, quæ habent sub se (ַ) obsequens (ֲ) R.13. In plurali facit עֵצוֹת *consilia.*

7 רְשָׁעִים Resha-yím] *improborum.* A רָשַׁע *condemnare, injustum comprobare*, est verbum forense, cui opponitur צָדַק *justificare.* Hinc, *Inquietum esse*, quòd injustus corpore, vel saltem conscientiâ quiescere non potest. Unde Nomen radicale רָשָׁע LXX *ἀσεβὴς*, *improbus*,

inquietus, turbulentus, ut mare propulsum. Esa. 57. 20. Cum Præfixis, מֵרָשָׁע *ab improbo*, הָרָשָׁע *ille improbus*, וְרָשָׁע *& improbus*, לְרָשָׁע *isti improbo*, (excluso ה Emphat. R.81.) וְלָרָשָׁע *et isti improbo*. In plurali, mutato (ֶ) in (ְ) R.114. facit רְשָׁעִים *impii*. Cum Præfixis, מֵרְשָׁעִים *ab improbis*, הָרְשָׁעִים *isti improbi*, וּרְשָׁעִים *et impii*, וְלָרְשָׁעִים *et ad istos impios*. In Regimine, converso ים in ֵי R.34. & (ָ) in (ְ) R. 114. ex priori (ְ) fit (ִ) R.6. facitque רִשְׁעֵי *impii*, Ps.75.9.

8 וּבְדֶרֶךְ U-bhedhé-rech] *et in via*. A דָּרַךְ *calcavit*, fit דֶּרֶךְ *Via*, It. *Mos, Consuetudo, Studium*, &c. quæ sunt quasi viæ hominum per quas incedunt versantúrque. Est nomen commun. gener. R.26. In pausa, mutato priori (ֶ) in (ָ) R. 131. fit דָּרֶךְ Cum Præfixis, מִדֶּרֶךְ *à via, propter viam*, וְדֶרֶךְ *et via*. בְּדֶרֶךְ *in via*, בַּדֶּרֶךְ *in hac via*, excluso ה Emphat. R.81. וּבְדֶרֶךְ *et in via*, ubi ו ante Labialem cum ּ R.78.

9 חַטָּאִים Hhat-ta-ím] *peccatorum*. A חָטָא *peccare, à scopo aberrare*, nomen plur. masc. absque singulari, ex conjug. Pihel deductum, ideóque significationem intendit, ac habitum denotat: חַטָּאִים *habituales peccatores*, qui in quovis opere faciendo delinquunt, sed maximè qui in Religionem divinam peccant. Legitur cum uno saltem Præfixo, וְחַטָּאִים *et peccatores*.

10 עָמָד 'a-mád] *stetit*. Præter. kal, quod in Psalmis flectitur sic: עָמַד *stetit*, vel ab opere *desistit*; & in pausa עָמָד converso (ַ) in (ָ) R.131. עָמְדָה *stetit illa*, עָמְדוּ *steterunt*, & in pausa עָמָדוּ converso (ְ) in (ָ) R. 132.

11 וּבְמוֹשַׁב U-bhemo-shabh] *et in sede*. A יָשַׁב *sedit*, Nom. masc. Heeman. mutato (י) in ו R.161. n.1. מוֹשָׁב *sedes*, quicquid ea sit, ut puta domus, urbs, cathedra, locus ubi quis sedet, manet & habitat: ut עִיר מוֹשָׁב *civitas habitationis*, i.e. habitabilis, Ps. 107.4. Cum Præfixis, לְמוֹשָׁב *in habitationem*, וּבְמוֹשַׁב *et in consessu*, Targ. וּבְסִיעַת *et in societate*, (ubi in Regimine, (ָ) ultimum transit in (ַ) R. 114.)

12 לֵצִים Le-tsím] *derisorum*. A לוּץ *deridere, illudere*, (sumitur semper in malum) fit לֵץ *derisor, illusor, sophista*, q. sermonis aptator & concinnator ad illudendum & decipiendum. In plurali לֵצִים quod LXX vertunt λοιμῶν, *pestium, pestilentium hominum*.

13 יָשָׁב: Ja-shábh] *sedit*, modò breviori, modò diuturniori tempore, *habitavit*. Præter. kal, quod flectitur sic: יָשַׁב *sedit*, & in pausa יָשָׁב R. 131. יָשַׁבְתָּ *sedisti*, יָשַׁבְתִּי *sedi*, יָשְׁבוּ *sederunt, habitârunt*, וְיָשְׁבוּ *et habitabunt*, Ps. 69. 36. cum ו Conversivo Præteriti, R.79. יָשַׁבְנוּ *sedimus*.

Vers. 2.

14 כִּי אִם Ki-ím] *Sed*, vel *Quòd si*. כִּי *quia, quoniam*, Ps.1.6. *Cùm, quando*, Ps.2.12. *Quamvis*, Ps. 25.11. *Etsi*, Ps.41.5. Cum Præfixo, וְכִי *et cùm*, Ps.120.7. אִם est conditionale, *Si*, Ps.7.4. At hæ duæ dictiones כִּי | אִם aut sunt disjunctivæ, *Quòd si, nam si*; vel sumuntur adversativè, *sed*. Est verò hîc inter has duas voculas lineola perpendicularis (|) dicta *Pesik*, (pausula) servítque Musicæ.

15 בְּתוֹרַת Betho-ráth] *in lege*. A יָרָה *jecit, projecit*, in Hiph. הוֹרָה *docuit, instituit*: Nom. fœm. Heeman. תּוֹרָה *doctrina*, in qua instituitur aliquis, q. verborū jactationem diceres: hinc sumitur pro *Lege*, eo quòd recta doceat. In Regimine converso ָה in ַת R. 34. fit תּוֹרַת *lex*, cum Præfixo בְּתוֹרַת *in lege*.

יְהוָה

16 יְהוָה Jeho-vá] DOMINI. Nomen Heemanthic. formatum per (י) R.23. (quâ literâ formari solent nomina propria apud Hebræos, ut in Isaac, Jacob, &c.) ab הָוָה vel potiùs הָיָה *fuit*; (sunt enim istæ literæ & (י) ejus naturæ, ut facilè una in alteram commutetur, R.2) Est nomen Dei sanctum ab essendo deductum, idem quod אֶהְיֶה אֲשֶׁר אֶהְיֶה (E-hejé asher e-hejé) *Ero qui ero*, Ex.3.14. (ubi Fututum juxta hujus linguæ consuetudinem, rem perpetuam significat: continet enim rationes Præteriti & Præsentis.) LXX. ἐγώ εἰμι ὁ ὤν, *Ego sum ille qui est*: ubi participium ὤν Latinè reddi potest *Ens*, reverà existens, & ab idolis differens, quæ *non sunt*, sed finguntur. Vel JEHOVA potest dici *Essentiator*, quòd essentia & existentia æterna ei soli excellentissimâ quadam ratione, (ut est pelagus omnium perfectionum) sit propria: & propter quem omnia quæ sunt, sunt & existunt. Ab hoc etiam sacro nomine JEHOVA, Gentilitatem nomen *Jovis* elicuisse multi credunt: ac perinde ut Hebræis JEHOVA dicitur ab essentia, ita etiam Græcis Jupiter ζεὺς à vita. Cæterùm hæc vox יְהוָה præcedente aut sequente nomine אֲדֹנָי punctatur יֱהוִה ad formam אֱלֹהִים quomodo quater legitur in Psalmis, Ps.71.5. 109.21. 140.8. 141.8.

17 חֶפְצוֹ Hheph-tsó] *oblectatio ejus*. A חָפֵץ *voluit*, fit nomen radicale quinque punctorum, חֵפֶץ *voluntas*, *complacentia*, &c. significat animi propensionem in aliquid. Legitur cum tribus Affixis, ob quæ (..) penult. transit in (:) R. 116. & (..) ult. in (:) R. 122. ac ex priori (:) fit (..) R.6. emanátque חֶפְצִי *oblectatio mea*, חֶפְצוֹ LXX. τὸ θέλημα αὐτοῦ, *voluntas ejus*. חֶפְצָם *oblectatio eorum*.

18 וּבְתוֹרָתוֹ U-bhetho-ra-thó] *& in lege ejus*. תּוֹרָה *lex* (supra Num.15.) cum Affixis mutat ה in ת, R. 104. fitque תּוֹרָתִי *lex mea*, תּוֹרָתְךָ *lex tua*. Et in pausâ, mutato (:) in (..) R.132. תּוֹרָתֶךָ Cum Præfixis; Uno, מִתּוֹרָתְךָ *de lege tua*, & in pausa, מִתּוֹרָתֶךָ (ut ante) וְתוֹרָתְךָ *& lex tua*, כְּתוֹרָתֶךָ *secundùm legem tuam*. Duobus, וּבְתוֹרָתוֹ *& in lege ejus*, וּמִתּוֹרָתְךָ *& de lege tua*. In plurali facit תּוֹרוֹת unde cum Aff. & Præf. וְתוֹרוֹתָיו *& leges ejus*, Ps. 104. 45.

19 יֶהְגֶּה Jeh-gé] *meditabitur*. A הָגָה quod primariò significat *Auferre, Removere*; pòst translatum ad locutionem internam, notat illum spiritus impetum, quem intra nos loquentes q. removemus, emittimúsque, quod Latinis dicitur *Mussitare*, vulgò *Meditari*. Et quoniam locutionem expressam propriè non significat, ideò etiam tribuitur Columbis & Leonibus, ac exprimitur per *Gemere*, *Rugire*. Fut. Kal quod flectitur sic: אֶהְגֶּה *meditabor* (cum dagesh leni, R. 17. quiescente ה in (..) R. 65.) יֶהְגֶּה *meditabitur*, masc. pro יֶהְגֶּה R.14. & sic in fœmin. תֶּהְגֶּה *meditabitur*, scil lingua, Psal. 35. 28. In plur. יֶהְגּוּ *meditabuntur*, Targ. מְרַנְּנִין *clamant*, Psal.2.1 It. *mussitabunt*, Ps. 115.7. (pro יֶהְגּהוּ exclusó ה R.66.)

20 יוֹמָם Jo-mám] *interdiu*. יוֹם *dies* tam naturalis, quàm artificialis: & cum ם Heemanth. יוֹמָם *interdiu*, R. 23. q. מִיּוֹם *de die*, i. e. semper, omni tempore quo otiosus est à negotiis.

21 וָלָיְלָה Va-lái-la] *et noctu*. לַיִל *nox*, quâ ululant bestiæ, ut mutuetur significationem à יָלַל *ululavit*. Est heteroclíton, in sing. masculinum, in plur. fœmi-

fœmininum. Cum ה ָ paragogico, (quod ornatui tantùm servit) fit לַ֫יְלָה mutato (ˑ) sub (י) in (ְ) R. 124. servato accentu in penultima, R. 126. Et in pausa לָֽיְלָה converso (ַ) in (ָ) R. 131. Cum Præfixis, וָלַ֫יְלָה לְלָֽיְלָה *& nox in noctem*, Ps. 119. 2. הַלַּ֫יְלָה *ipsa nocte*, Psal. 78. 14. וּבַלַּ֫יְלָה *& in ipsâ nocte.* (excluso ה Emphat. R. 81.) In pausa, *Et custodia.* בַּלָּֽיְלָה *in ipsa nocte*, Psal. 90. 4 (in tres vigilias dividebatur nox) יוֹמָם וָלַ֫יְלָה *interdiu & nocte*, Psal. 55. 11. ubi ו ante accentum distinguentem, (Rebhia) gestat (ָ) R. 78. Et in majori pausa, (qualis est Sylluk & Athnach) scribitur וָלָֽיְלָה In Plurali, factâ vocalium crasi, fit לֵילוֹת *noctes*, R. 124. Cum præfixo, בַּלֵּילוֹת *in ipsis noctibus*, (excluso ה Emphat.) Psal. 92. 3.

Vers. 3.

22 וְהָיָה Veha-já] *Et erit.* Est tertia persona masc. Præt. Kal. cum ו conversivo Præterit. in Futurum. R. 79. Flectitúrq; sic: הָיָה *fuit* ille (ubi ה quiescit in (ָ) R. 65.) שֶׁהָיָה *qui fuit*, Psal. 124. 1. (cum שֶׁ Relativo, R. 75.) וְהָיָה *et erit*, (cum accentu Regio *Rebhia*, R. 130.) הָיְתָה *fuit illa*, (mutato ה in ת, R. 65.) הָיִיתָ *fuisti*, (converso ה in (י) quiescens R. 66.) הָיִיתִי *fui*, הָיִינוּ *fuimus*. In tertia autem plurali, ה ante ו abjicitur, R. 66. fitque הָיוּ (pro הָיְהוּ) *fuerunt*: quod additum Participiis, Præterit. Imperfectum denotat, ac perseverantiam importat: ut עֹמְדוֹת הָיוּ *stantes erant* pedes nostri, i. e. stabant, Psal. 122. 2. Et sic in N. T. *Erat docens*, Mat. 7. 29. *Erat baptizans*, Marc. 1. 4.

23 כְּעֵץ Ke yéts] *sicut arbor.* עֵץ *lignum, arbor.* Dicitur de ligno tam exciso, quàm plantato, exceptâ herbâ teneriori. Cum כּ similitudinis, R. 80. (cui inuritur Dagesh lene, post Quiescentem accentu Regio notatam, R. 17.) כְּעֵץ *sicut lignum*, Targ. כְּאִילָן *sicut arbor.* In plurali facit עֵצִים *ligna*: & in regimine converso ים. in י. R. 34. & (ֵ) in Sheva compositum R. 116. fit, עֲצֵי יַעַר *ligna silvæ*, i. e. arbores steriles & infructuosæ, Ps. 96. 12. quæ Rabb. עֲצֵי סְרַק *arbores vacuæ* dicuntur. עֲצֵי יְהוָה *ligna Domini*, Ps. 104. 16. Targ. אִילָנַיָּא דִּי בְרָא יְיָ *arbores quas creavit Dominus*, i. e. quæ proveniunt absque cultura humana.

24 שָׁתוּל Sha-thúl] *plantata.* A שָׁתַל *plantavit*; dicitur de arborum plantatione quæ radicem habent, quomodo differt à נָטַע quod est latius. Pahul kal, שָׁתוּל *plantatus*, (quod passionem adhuc durantem notat.) In plur. שְׁתוּלִים *plantati*, Psal. 92. 14.

25 עַל־ Yal] *Juxta.* A עָלָה *ascendit*, præpositio עַל quæ pro natura orationis exponitur *Super, Supra, Juxta, Contra, Apud, Ad, Versus, In, Propter.* Aliquando assumit (י) ad formam Nomin. plur. in regim. R. 34. עָלֵי *super*, Psal. 32. 5. Cum Præfixis וְעַל & וַעֲלֵי *& super*, כְּעַל *sicut super*, Ps. 119. 14.

26 פַּלְגֵי Pal-ghe] *rivos.* A פָּלַג *divisit*, Nom. sex punctorum. פֶּלֶג *divisio, rivus, fluvius*, quòd à fonte dividatur, vel quòd terram dividat: quâ de causâ, Mare Græcis Latinísque voce Hebræa *Pelagus* dicitur. In plurali, mutato priori (ֶ) in (ְ) & posteriori in (ָ) R. 122. fit פְּלָגִים *divisiones*, It. *rivi.* Cum Affixo, פְּלָגָיו *rivi ejus.* In regimine converso (ָ) in (ְ) R. 114. ex priori (ְ) fit (ַ) R. 6. emergítque פַּלְגֵי LXX. διεξόδους *decursus.* Ubi *nota*, quod Dagesh Lene hîc in litera

ג post

נ post (:) quiescens omittatur, quoniam hoc semper à literis *Begadh-kephath* abest, cum (:) quiescens ortum est ex vocali longa.

27 מַיִם Má-jim] *aquarum*. מַיִם *aqua*, & *aqua*, caret singulari. Forma autem Dualis notat *Aquas* superiores in cœlo, & inferiores in terra, quas firmamentum seu aër interjectus distinguit. In pausa scribitur מָיִם R. 131. Cum præfixis, *Supra montes stabunt* הַמָּיִם *istæ aquæ*, Psal. 104.6. i. e. aquæ pars supra aërem evecta. *Vox Domini super* הַמָּיִם *istas aquas*, Psal. 29.3. *i.e.* nubes. וְהַמַּיִם *Et istæ aquæ, quæ sunt super cœlo*, Psal. 148. 4. Targ. quæ suspensæ sunt supra cœlum. כַּמַּיִם *sicut istæ aquæ effusus sum*, Psal. 22. 15. notat copiam. בַּמַּיִם *in aquis*. *Contignat* בַּמַּיִם *in his aquis cœnacula sua*, Psal. 104. 3. i. e. in nubibus. *Si transieris* בַּמַּיִם *per has aquas*, Ps. 144.7. i.e. pericula. וּבַמַּיִם *et in has aquas*. *Eripe me* מִמַּיִם *ex aquis multis*, Psal. 144.7. i.e. hostibus fortibus.

28 פִּרְיוֹ Pir-jó] *fructum suum*. A פָּרָה *fructificavit*, פְּרִי *fructus* (ab Hebræa voce *viz.*) terræ, arboris, ventri, mutato ה in (ִ) R.161. n. 3. פְּרִי הַבֶּטֶן *fructus ventris*, Ps. 127. 3. Targ. וַלְדֵי מְעָא fœtus ventris. Metaphoricè notat *Præmium*; ut, *Certè* פְּרִי *fructus est justo*, Ps. 58.12. Targ. אֲגַר טָב *merces bona*. Est masculinum sine plurali. Cum Præfixis, מִפְּרִי *de fructu operum tuorum satiabitur terra*, Psal. 104. 13. i.e. de pluvia descendente ex nubibus tuis. Cum Affixis mutato (ְ) in (:) R. 123. ex priori (:) fit (ִ) R.6. facitque פִּרְיוֹ *fructus ejus*, פִּרְיָמוֹ *fructus eorum*, Ps.21.11. Targ. בְּנֵיהֶם *filii ipsorum*.

29 יִתֵּן Jit-tén] *dabit*. A נָתַן *dedit, posuit, tradidit*, Fut. Kal. converso נ in dagesh, R.69. & exit in (..) R. 108. flectitúrque sic: אֶתֵּן *dabo*, תִּתֵּן *dabis*, יִתֵּן *dabit*, תִּתֵּן *dabit* sc. terra, Ps.85. 13. יִתְּנוּ *dabunt*. Cum Maccaph correpto (..) in (ֶ) R. 134. fit תִּתֶּן־ *dedisti*, יִתֶּן־ *dabit*. Cum ו copulativo, וְיִתֵּן *& dabit*, & cum ו conversivo Futuri, R. 79. וַתִּתֶּן *& dedisti*, וַיִּתֶּן־ *& posuit*, וַיִּתְּנוּ *& dederunt*. Cæterùm, hoc verbum נָתַן præcedente לֹא & sequente Infinito, notat, *Concessit, permisit, sivit, passus est*; ut, לֹא תִתֵּן *Non dabis sanctum tuum* לִרְאוֹת *ad videndum foveam*, Ps. 16.10 i.e. non sines, patieris. Et, מִי יִתֵּן *quis dabit?* Ps. 14.7. idem est quod *Vellem, Utinam!*

30 בְּעִתּוֹ Beעit-tó] *in tempore suo*. A עָתַת *opportunè, tempestivè locutus est*. Nomen defectivum, עֵת *tempus opportunum*, sive idoneum, vel etiam malum. Cum Præfixis, בְּעֵת & לְעֵת *in tempore*. Cum Affixis, & plurali numero, assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ absentis, & mutat (..) in (ִ) R.125. fitque בְּעִתּוֹ *in tempore suo*. *Et sit* עִתָּם *tempus eorum in seculum*, Ps. 81.16. i.e. calamitas, pœna. Legitur in Bibliis cum duplici plurali, sed in Psalmis in terminatione fœminina tantùm: עִתּוֹת *tempora*, לְעִתּוֹת *in temporibus in angustia*, Ps.9.10. i.e. calamitatibus. Cum Affixo, *In manu tua*, עִתֹּתַי *tempora mea*, Ps.31. 16. i. e. mala mea, afflictiones meæ, LXX. κλῆροί μου, *sortes meæ*, forsitan legendum καιροί μου.

31 וְעָלֵהוּ Veעa-lé-hu] *et folium ejus*. A עָלָה *ascendit*, עָלֶה *folium*, ab ascensione, q. suprema pars arboris aut herbæ, quo proteguntur fructus. Cum Affixo, ה radicale tollitur, R. 103. fitque וְעָלֵהוּ pro וְעָלֵהֵהוּ.

32 יִבּוֹל Jib-ból] *marcescet.* A נָבֵל *marcuit, emarcuit, aruit* propter æstum aut frigus ; dicitur propriè de foliis, floribus, fructibus decidentibus, postquam omnem humorem amiserint. Est Futurum Kal, converso נ in dagesh, R. 69. Legitur in Psalmis in tertia persona tantùm, יִבּוֹל *flaccescet,* Targ. folia ejus non נָתְרִין *decident.* In plur. *Filii alienigenæ* יִבְּלוּ *emarcescent,* Ps. 18. 46. Targ. יְסוּפוּן *consumentur.* LXX. ἐπαλαιώθησαν, *inveterati sunt,* (legerunt sine dagesh, יִבְלוּ à בָּלָה *inveteratus fuit.*) Et cum ן paragogico, R.102.n.5. יִבּוֹלוּן *marcescent,* Psal. 37. 2. In utroque autem exemplo, est ו pro (:) ob pausam, R.132.

33 וְכֹל Vechól] *& omne.* A כָּלַל *consummavit,* totum *absolvit,* כֹּל *omne, totum, universum* ; est masculin. sine plurali; sed si jungatur plurali, *omnes, omnia, cuncta.* Cum Præfixis, מִכֹּל *ab omni.* הַכֹּל *Universum illud, Universitas,* וְכֹל *& omne,* לְכֹל *omni,* וּלְכֹל *& omnibus,* בְּכֹל *in omni.* Et excluso ה Emphatico בַּכֹּל *in hoc universo,* לַכֹּל *huic universo.*

34 יַעֲשֶׂה Ja-עasé] *faciet.* A עָשָׂה *fecit,* Fut. Kal. ferè ut suprà, Num.19. ac flectitur sic : אֶעֱשֶׂה *faciam bovem,* Psal.66.15. i. e. offeram (perinde ut apud Virgil. *Cum faciam vitulam, &c.*) תַּעֲשֶׂה *facies,* יַעֲשֶׂה *faciet,* תַּעֲשֶׂה *faciet illa.* In plur. eliso ה, יַעֲשׂוּ *facient* : Et cum ו conversivo, וַיַּעֲשׂוּ *& fecerunt* : In quibus omnibus hoc notandum, quòd prima radicalis ע assumat Sheva compositum, in prima pers. (..) in reliquis (-:) punctuátque præcedentem servilem simili brevi puncto. Reg.12, & 13.

35 יַצְלִיחַ Jats-liahh] *prosperabitur,* i.e. quicquid arbor ista produxerit, id feliciter crescet, nam *non recedet* מֵעֲשׂוֹת פֶּרִי *à faciendo fructum,* Jer.17.12. A צָלַח *felix, prosper fuit,* quicquid in animo erat effecit prosperè, Fut. Hiph. יַצְלִיחַ cum (-) furtivo, R.10. Targ. *Et omne germen ejus quod germinat,* מְרַבֵּר *granescit,* וּמַצְלַח *& proficit.*

Vers. 4.

36 לֹא־כֵן Lo-chén] *Non sic.* A כּוּן *firmum, rectum, bonum, aptum esse,* fit כֵּן *aptum, rectum, bonum* : sed sæpiùs transit in adverbium affirmantis, *sic, ita, taliter, similiter,* q. aptè, commodè, firmè, certè.

37 הָרְשָׁעִים Ha-resha-עím] *illi improbi.* Vide suprà, Num.7. ה Emphatic. ante ר gestat (-) Vide Num. 2.

38 כַּמֹּץ Cam-móts] *sicut hæc gluma.* מוֹץ nomen masc. sine plurali, rarum, nam octies tantùm legitur in tota S.S. ejus etymon ignoratur, Latinis est *gluma, palea,* LXX. χνοῦς, *pulvis.* Convenit cum מָצַץ *expressit,* q. excussionem vel expressionem tritici diceres. Legitur in Psalmis bis cum Præfixo, כְּמוֹץ *sicut palea,* Ps.35.5. & כַּמֹּץ *sicut hæc palea,* (excluso ה Emphat.)

39 אֲשֶׁר־תִּדְּפֶנּוּ Asher-tid-dephén-nu] *quam dispellet illam.* A נָדַף *propulit, impulit, dispulit,* propriè dicitur de vento, qui rapta prosequitur. Fut. Kal, quod bis occurrit in Psalmis, ídque bifariam. Regulariter תִּנְדֹּף *dispelles,* Psal. 68. 3. (ubi eleganter refertur ad Deum) Anomalωs תִּדְּפֶנּוּ *propellet eam,* ubi נ radicale vertitur in dagesh, R. 69. & ֹ ob affixum נּוּ migrat in (:) R. 119. Notandus autem est hîc pleonasmus Affixi, *quam dispellet eam* ; qui ferè semper apud Hebr. est in usu, quando Pronomen אֲשֶׁר obliquo casu effertur, R.37. cui similis

similis extat in N.T: ὃ τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἰάθητε, *Cujus vibice ejus sanati estis*, 1 Pet. 2. 24.

40 רוּחַ Ruáhh] *ventus*. LXX. *quam projiciet ventus* (addunt) *à facie terræ*. Et sic etiam Arabic. Psalter. A רָוַח *Respiravit*, Nom.commun. gen. R.26. n.2. רוּחַ *spiritus*, *flatus*, *ventus*. Dicitur de rebus quæ moventur & non videntur, ut de *Spiritu*, *Anima*, *Vento*, *Aere*, & de *Affectibus animæ*, Psal. 76. vers.ult. *Abbreviabit* רוּחַ *spiritum magnatum*, Targ. *Minuet* גַּסוּת רוּחֵיהוֹן *crassitiem spirituum ipsorum*, i.e. fastum, audaciam, animi elationem. Legitur cum tribus Præfixis, מֵרוּחַ *à vento*, בְּרוּחַ *in vento*, וּבְרוּחַ *& in spiritu*. Cum Affixis autem (-) furtivum evanescit, R. 10. fitque רוּחִי *spiritus meus*, רוּחֲךָ *tuus*, רוּחוֹ *ejus*, רוּחָם *eorum*, בְּרוּחוֹ *in animo ejus*, Ps.32.2. מֵרוּחֶךָ *à spiritu tuo*, Psal. 139.7. cum (∵) ob pausam. In plurali, רוּחוֹת notat *ventos*, Psal. 104. 4.

Vers.5.

41 עַל־כֵּן ʿyal-kén] *Idcirco*. Propriè, *juxta sic*, vel *ob ita*; idem quod לָכֵן *ideo*, *idcirco*.

42 יָקֻמוּ Ja-kú-mu] (non) *surgent*, i.e. non stabunt, causâ cadent. Targ. יִזְכוּן (non) *justificabuntur*. LXX. οὐκ ἀναστήσονται *non resurgent*. A קוּם *surgere*, *stare*, *consistere*: Futur. Kal, ubi secunda radicalis ו quiescit in ו R.60. & literæ præformantes accipiunt (ָ) R.58. sicque flectitur in Psalmis: אָקוּם *surgam*, תָּקוּם *surges*, יָקוּם *surget*, *stabit*, תָּקוּם *exurget*, יָקוּמוּ *surgent*. & cum (ֻ) loco ו R. 107. יָקֻמוּ. Cum ן parogogico, mutato (ָ) in (:) R. 102. n. 5. fit יְקֻמוּן

insurrexerunt. Psalmo 35. 11.

43 בַּמִּשְׁפָּט Bam-mish-pát] *in illo judicio*. Targ. בְּיוֹם דִּינָא רַבָּא *in die judicii magni*. A שָׁפַט *judicavit*. Nomen Heemanthic. masculin. מִשְׁפָּט *judicium*, ídque activè vel passivè. *Activè*, mos, boni mores, observantia legis, statutum, ratio, consuetudo, innocentia vitæ. *Passivè*, cum quis re ipsa absolvitur, vel damnatur, ac pœnas luit. Legitur cum Præfixis, ו *Et*, ב *In*, ל *Ad*, כ *Secundùm*. Et excluso ה Emphatico, בְּמִשְׁפָּט *in judicio*, לְמִשְׁפָּט *ad judicium*. Cum Affixis, מִשְׁפָּטִי *judicium meum*, לְמִשְׁפָּטִי *ad judicium meum*, כְּמִשְׁפָּטֶךָ *secundùm statutum tuum*. In plurali, וּמִשְׁפָּטִים *& judicia*. Cum Affixis, abjecto ים R. 105. מִשְׁפָּטֶיךָ *judicia tua*, מִשְׁפָּטָיו *judicia ejus*, לְמִשְׁפָּטֶךָ *ad statuta tua*, Psal. 119.43. pro לְמִשְׁפָּטֶיךָ ut est versu 90. מִמִּשְׁפָּטֶיךָ *à judiciis tuis*, וּמִמִּשְׁפָּטֶיךָ *& à* &c. In Regimine, mutato (ָ) in (:) R.114. fit מִשְׁפְּטֵי *judicia*, וּמִשְׁפְּטֵי *et judicia*.

44 וְחַטָּאִים Vehhatta-ím] *et peccatores*. ו est copula, cætera vide suprà Num. 9.

45 בַּעֲדַת Ba-ʿyadháth] *in cœtu*. Formatur ut בַּעֲצַת suprà Num. 6. A יָעַד certum conveniendi locum vel tempus *constituit*, Nom. fœmin. sine plurali, עֵדָה *conventus*, *congregatio* statis horis & locis aggregari solita, *Ecclesia*, *cœtus*. וְעֵדָה *& cœtus*. In Regimine vertens ה in ת, עֲדַת *cœtus*, וַעֲדַת *& cœtus*, בַּעֲדַת *in cœtu*, LXX. ἐν βουλῇ *in concilio*, Targ. בְּסִיעַת *in societate*. Cum Affixis, עֲדָתְךָ *cœtus tuus*, בַּעֲדָתָם *in cœtu eorum*.

46 צַדִּיקִים Tsad-di-kím] *justorum*. A צָדַק *justificavit*, Nom. masc. ex Pihel deductum, צַדִּיק *justus*, dicitur de eo, qui in omnibus absolutus est: ideò de

de sermone usurpatum, *fidelis, verax*. (Hinc vox *Sadducai*, q. *justi*, putabant enim se justos esse.) Cum Præfixis, וְצַדִּיק *et justus*, לְצַדִּיק *huic justo*, excluso ה Emphat. In plur. צַדִּיקִים *justi, veraces*, הַצַּדִּיקִים *isti iusti*, וְצַדִּיקִים *et iusti*.

Vers. 6.

47 יוֹדֵעַ Jo-dhéay] *noscens est*, i.e. novit. A יָדַע *novit, cognovit*, mentis est: sed notitiam sequitur affectus, unde *favit, fovit, approbavit, curam egit*. Benoni Kal. יוֹדֵעַ *cognoscens, approbans*, cum (ַ) Furtivo, R. 10. Ejus Synonymum est מַכִּיר *agnoscens*; quæ sic differunt; nullus potest esse מַכִּיר nisi prius sit יוֹדֵעַ. Legitur & sine ו, יֹדֵעַ Psal. 94. 11. In fœmin. facit יֹדַעַת *sciens*, Psal. 139. 14. pro יֹדֶעֶת cum (ַ) vicario τοῦ (ֶ) R. 110. In plur. יוֹדְעִים. In Regimine, יוֹדְעֵי *scientes*, & sine ו, יֹדְעֵי Ps. 68. 16. וְיֹדְעֵי *et scientes*. Cum Affix. לְיֹדְעַי *cognoscentibus me*, לְיֹדְעֶיךָ *cognoscentibus te*.

48 תֹּאבֵד To-bhédh] *peribit*, Targ. תְּהוֹבַד *auferetur*. Ab אָבַד *periit*, dicitur de re quam aliquis amittit, ipsa tamen integra manente, aut etiam de omnimoda perditione rei. Fut. Kal, ubi א quiescit in ו R. 53. flectiturque sic in Psalmis: תֹּאבֵד *peribit*, וְתֹאבְדוּ *et peribitis*, יֹאבְדוּ *peribunt*, וְיֹאבְדוּ *et peribunt*. In pausa autem converso (:) in (..) R. 132. facit יֹאבֵדוּ, וְיֹאבֵדוּ.

PSALMUS II. ב

49 לָמָּה Lám-ma] *Propter quid.* מָה est dictio indeclinabilis interrogativa de qualitate rei, *quid? quomodo, qualiter, quàm*. Sæpè admittit post se Maccaph, ac mutat (ָ) in (ַ), dagesh sequenti literæ impresso, ut מַה־לְּךָ *quid tibi*, &c. Ante indageshabiles verò servat (ָ) ut, מָה־אֱנוֹשׁ *quid homo*, מָה־רַבּוּ *quàm multi sunt*, &c. Quod idem ante יְהוָה fit, (quoniam per אֲדֹנָי legitur) Psal. 89. 47. עַד־מָה יְהוָה *Usquequo Jehova*. At ante gutturales עחה Kametsatas, euphoniæ causâ mutat (ָ) in (ֶ) fitque מֶה־ ut מֶה־חָדֵל *quàm cessans*, &c. Et sine Maccaph, מֶה עָצְמוּ *quàm pravaluerunt*, Psal. 139. 7. Legitur in Psalmis cum 4 Præfixis, וּמַה־ & וּמָה *et quid*, כַּמָּה *quoties, quot*; בַּמָּה & בַּמֶּה *in quo, in quid*, (quæ excludunt ה Emphatic.) לָמָּה & לָמָה *propter quid, quare, quamobrem*, ubi ל ante vocem monosyllabam gestat (ָ) R. 80. Porrò notandum est, לָמָה sine dagesh esse acutum, & לָמָּה cum dagesh euphonico, penacutum. Est verò acutum ante gutturales אחע, ut, לָמָה אֱלֹהִים *quare Domine*, &c. Penacutum autem est ante literas alias, ut, לָמָּה רָגְשׁוּ *quare fremuerunt*, לָמָּה יְהוָה *quare Jehova*, &c.

50 (At vero מִי *Quis*, est interrogantis de persona, ut, מִי הָאִישׁ *quis ille vir*. Et sæpe negationem & impossibilitatem importat, מִי *quis eloquetur potentias Domini*, q.d. nemo, מִי כַּיהוָה אֱלֹהֵינוּ *quis sicut Jehova Deus noster*, Psalm. 113. 5. i. e. nemo. (ubi in initialibus vocibus hujus versus continetur nomen Archangeli MICHAEL.) Legitur in Psalmis cum duobus Præfixis, וּמִי *et quis*, מִמִּי *à quo*.)

51 רָגְשׁוּ Rá-gheshú] *tumultuatæ sunt*. A רָגַשׁ *strepuit, tumultuatus est*; dicitur propriè de coitione plurium, quæ sine strepitu non fit. Tertia pers. plur. Præt. Kal. רָגְשׁוּ. Legitur verbum hoc in

in tota Scriptura hoc loco tantùm, & in Chaldæo apud Daniel. 6.7. semel in Conjugat. Aphel הַרְגִּשׁוּ *concurrerunt ad regem.*

52 גּוֹיִם Go-jím] *gentes.* Nom. masc. גּוֹי *gens*, cujus etymon ignoratur, nisi fortè velis ad גְּוִיָּה *corpus* referre, quod Gens sit q.corpus unum ex multis viris collectum. Dicitur de gentibus quæ Deum ignorant, etsi etiam aliquando de ipsis Hebræis dictum reperiatur. Cum Præfixis, הַגּוֹי *illa gens*, מִגּוֹי *à gente*, i.e. ne sit gens, Psal.83.5. (ubi מ negationem includit. R. 74.) In plurali גּוֹיִם *gentes*, syncopato altero (י) R.31. pro גּוֹיִים Cum Præfixis הַגּוֹיִם *illæ gentes*, בַּגּוֹיִם *inter has gentes*, excluso ה Emphat. Et cum (י) loco י, בַּגּוֹיִם Ps. 79. 10. Legitur semel cum Affixo, *In lætitia* גּוֹיֶךָ *gentis tuæ*, Ps. 106.5. contractè pro גּוֹיֶיךָ ubi de Israelitis usurpatur.

53 וּלְאֻמִּים U-leúm-mím] *et nationes.* Ab inusitato אָמַם fit אֵם *mater*, unde אֹם *natio*, populus ex una matre prognatus: includit tantam congregationem populi, quæ possit constituere regnum. Hinc dicunt Hebræi: אֵין לְאֹם אֶלָּא מַלְכוּת *Non est natio nisi regnum.* In flexione assumit dagesh, & corripit ו in (ֻ) R.125. fitque cum ה Emphat. הָאֻמִּים *illæ nationes*, & cum ל prosthetico, לְאֻמִּים *nationes.* Cum Præfixis, וּלְאֻמִּים *et nationes* (ubi ו assumit ו ante literam shevatam, R. 78.) בַּלְאֻמִּים *in nationibus*, (ubi ב cum (ַ) ob sequens (:) R.6.

54 רִיק Rik] *inane.* Nomen formæ mascul. sine plurali, *vacuum, vanum*; aliquando adverbiascit, *inaniter, frustra, incassum*, Ps. 73. 13. רִיק *inaniter mundavi cor meum.* Hinc vox N.T. RAKA, Syrè ܪܩܐ certum aliquod & grave convitium significans, quod Christus alicui inferre vetat, Mat.5.22. q. d. hominem vanum, vilem, scurram (unde & Græcis ῥάκος, lacera vestis, & panniculum vile.) Talmudicis enim רֵיקָא est *homo nequam*, vilis, vanus.

*Vers.*2.

55 יִתְיַצְּבוּ Jith-játs-tsébhú] *statuent se.* A יָצַב *statuit, constituit*, Futur. Hithpah. R. 47. quod in Psalm. flectitur in tertia persona tantùm, יִתְיַצֵּב *sistet seipsum.* יִתְיַצְּבוּ *semetipsos constituent.*

56 מַלְכֵי Mal-ché] *reges.* A מָלַךְ *regnavit*, ex usu Chald. *consuluit, deliberavit*: מֶלֶךְ *rex, imperator*, qui vel ditioni, vel etiam urbi alicui præest. q.d. populi moderator. Cum Præfix. הַמֶּלֶךְ *ipse rex, ô rex.* וְהַמֶּלֶךְ *et ipse rex*, וּמֶלֶךְ *et rex* (ubi ו ante Labialem cum ו R. 78.) לְמֶלֶךְ *regi* vel *de rege*, לַמֶּלֶךְ *ipsi regi*, excluso ה Emphat. Cum Affix. (mutat utrumque (ֶ) in (:) R. 122. et prius (:) in (ַ) R.6.) מַלְכִּי *rex meus, mi.* מַלְכֵּנוּ *noster*, לְמַלְכֵּנוּ *regi nostro*, מַלְכּוֹ *rex ejus*, בְּמַלְכָּם *in rege ipsorum.* In quibus כ notatur cum dagesh leni, post (:) R. 17. In plurali (formatur ut פְּלָגִים supra N.26.) in statu simplici, מְלָכִים In Regim. מַלְכֵי *reges*, לְמַלְכֵי *inter reges.* Semel cum Affixo gravi, מַלְכֵיהֶם *reges eorum*, Psal. 105. 30. In quibus Dagesh lene omittitur post (:) ut suprà Num.26.

57 אֶרֶץ 'E-rets] *terræ.* Nomen radicale commun. gener. *tellus, terra*, quàm habitabilis, tàm inhabitabilis: & significat partem infimam cujusque rei, sicut & Chald. אֲרַע (mutatione solitâ צ in ע factâ) Græcis ἔρα, *inferius, humile,*

humile, imum. In pausa scribitur, אָרֶץ R.131. & sic itidem cum ה Emphat. (etiam extra pausam) הָאָרֶץ *ipsa terra*, R.107. וְהָאָרֶץ *et ipsa terra.* In Regim. usurpatur אֶרֶץ Psal.107.35. וְאֶרֶץ צִיָּה *et terram siccitatis.*

58 וְרוֹזְנִים Vero-zenim] *et principes.* Targ. וְשִׁלְטוֹנַיָא *et dominatores*, consiliarii. Plurale mascul. absque singulari, cujus etymon ignoratur, nisi fortè velis ן esse Heemanthic. à רָזָה *emaciavit*, nam princeps sine subditis macie atteritur. Legitur in S.S. sexies, & semper post מֶלֶךְ ponitur, excepto Esa. 40.23.

59 נוֹסְדוּ No-sedhú] *consultârunt.* A יָסַד *fundavit*; fundamenta jecit aut posuit, Psal. 104. 5. In Præt. Niph. mutato (י) in ו R.56. נוֹסַד *fundatus fuit, consultavit*, nam consilia rerum agendarum fundamenta sunt. In plur. נוֹסְדוּ *fundarunt se pariter*, i. e. fortes effecti sunt invicem. Targ. יִתְחַבְּרוּן *convenerunt*, LXX συνήχθησαν, fortè legerunt נוֹחֲדוּ à יָחַד *univit.*

60 יָחַד Já-hhadh] *simul.* A יָחַד *univit, adunavit*, fit יַחַד propriè nomen, sed Latinis non potest transferri nisi per adverbium *unà, simul, pariter.* In pausa scribitur יָחַד R.131.

61 עַל yal] *contra.* est hîc hostile, *adversus, contra*, וְעַל *et contra*. Unde Targ. *Et certant cum Messia ejus.*

62 מְשִׁיחוֹ Meshi-hhó] *Messiam ejus.* A מָשַׁח *oleo unxit*, fit מָשִׁיחַ *Unctus.* Per antonomasiam sic dicitur in N. T. Salvator noster MESSIAS, Christus Dominus, (pro naturâ linguæ Græcæ mutato שׁ in *ss*, & ח in teminationem *as.*) cujus Reges & Sacerdotes inuncti, typus fuêre. In incremento finali, (-) furtivo abjecto, R.10. (ָ) corripitur in (:) R.114. facitque cum Affixis, מְשִׁיחֶךָ *unctus tuus*, מְשִׁיחוֹ *ejus*, לִמְשִׁיחִי *uncto meo*, לִמְשִׁיחוֹ *suo*, (in quibus, ל gestat (.) ob sequens (:) R.6.) In plurali מְשִׁיחִים *uncti*, sic vocantur omnes Deo sacri, & dignitate & pietate conspicui: unde cum affixo & præfixo, *Ne tangatis* בִּמְשִׁיחָי *in Christos meos*, Psal.105.15.

Vers. 3.

63 נְנַתְּקָה Nenat-teká] *Penitùs disrumpemus.* A נָתַק *disrupit, avulsit, abrupit*, Fut. Pihel (quæ conjugatio significationem intendit, R. 45.) Legitur in Psalm. bis; in tertia pers. sing. יְנַתֵּק *penitùs disrumpet*, Psal. 107.14. In prim. plur. נְנַתְּקָה cum ה parogogico, (quod primæ person. Futuri utriusque numeri familiare est. R. 102. n. 2.) mutato (ֵ) in (:) R. 117. pro נְנַתֵּק.

64 אֶת Eth.] Dictio אֵת plerunque notat Accusativum, R.33. Cum Præfixo מ idem valet, quod simplex מ, ut מֵאֵת יְהוָה *à Jehova*, Ps.109.20. Cum Maccaph mutat (ֵ) in (ֶ) R. 134. scribiturque אֶת־ , וְאֶת *Et.*

65 מוֹסְרוֹתֵימוֹ Mo-sero-thé-mo] *vincula eorum.* Targ. שַׁלְשְׁלָוָתְהוֹן *catenas eorum.* A יָסַר *erudiendo castigavit.* Nom. Heemanth. מוֹסֵר *vinculum*, mutato (י) in ו R. 161. n. 1. In plurali admittit utramque terminationem; unde in forma masc. cum Affixo & Præfixo, *Aperuisti* לְמוֹסֵרָי *vinculis meis*, Ps.116.16. (cum (ֵ) loco (:) præter analogiam) i.e. dum me vincis, juxta illud: Servire Domino, Regnare est. In fœmin. וּמוֹסְרוֹתֵיהֶם *et vincula ipsorum*, Psal. 107. 14. At מוֹסְרוֹתֵימוֹ est cum Affixo poëtico מוֹ, cujus frequens est usus in libris metricis.

66 וַנַּשְׁלִיכָה Venash-lí-cha] *et projiciemus*. A שָׁלַךְ in Hiph. הִשְׁלִיךְ *jecit, projecit, abjecit*, tanquam puerum expositítium, cujus curam mater ampliùs non habet. Fut.Hiph. quod in Psal. flectitur sic: וַתַּשְׁלֵךְ אַשְׁלִיךְ *projiciam, et projecisti*, (cum ו conversivo Futuri, R. 79. & (..) loco ו. R. 107. תַּשְׁלִיכֵנִי *projicies me*, וַתַּשְׁלִיכֵנִי *et projecisti me*, (cum ו convers.) נַשְׁלִיךְ *projiciemus*, & cum ה paragogico וְנַשְׁלִיכָה.

67 מִמֶּנּוּ Mim-mén-nu] *à nobis*. מִן præpositio, *A, ab, abs, de, è, ex, præ*, cum Præfixo. וּמִן *et ab*. Cum (י) paragogico, מִנִּי (dageshato נ) *Ab*, Psal. 44. 11. *Præ*, Ps. 88. 10. Cum Affix. מֶנִּי *à me*, Ps.18.23. מִנֵּהוּ *ab unoquoque eorum*, Ps. 68.24. Usitatiùs verò cum Affixis abjicit נ, & iterat מ, ut מִמֶּנִּי *à me*, מִמְּךָ *à te*, & in pausa מִמֶּךָּ Ps.80.19. מִמֶּנָּה *ab illa*, מִמֶּנּוּ *à nobis*, & *ab illo*: nam נּוּ est affix. plur. primæ personæ, & singul. tertiæ, pro נְהוּ R.91.

68 עֲבֹתֵימוֹ ʮabho-thé-mo] *densos funes eorum*. A עִבֵּת (in Pihel) *contorsit, condensavit, complicavit*: Nom. masc. עֲבֹת *contortum, funis contortus*, ex tribus funiculis complicatus. In plur. cum Præfixo, בַּעֲבֹתִים *funibus*, Psal. 118.27. Et cum Affixo עֲבֹתֵימוֹ LXX τὸν ζυγὸν αὐτῶν, *jugum eorum*.

Vers. 4.

69 יוֹשֵׁב Jo-shébh] *Sedens*. A יָשַׁב (supra N.13.) Benoni Kal. יוֹשֵׁב & sine ו, יֹשֵׁב *sedens, habitans*. Cum Præfix. וְיֹשֵׁב *et sedens*, הַיֹּשְׁבִי *qui sedens es*, Psal.123.1. (cum ה Relativo, R.76. & (י) paragog.R.102.) Plural. יוֹשְׁבִים in Regim. יוֹשְׁבֵי & sine ו, יֹשְׁבֵי *sedentes, habitantes*, וְיֹשְׁבֵי *et habitantes*. Cum Affixo יֹשְׁבֶיהָ *habitantes ejus*, Ps. 75. 4. i. e. habitatores, nominaliter, R.42.

70 בַּשָּׁמַיִם Bash-sha-má-jim] *in ipsis cœlis*. שָׁמַיִם *cœli*, non reperitur in singulari, sed Interpretes tàm *Cœlum*, quàm *Cœlos* vertunt. In pausa scribitur שָׁמָיִם mutato (-) in (ָ) R.131. Cum Præfixis הַשָּׁמַיִם *isti cœli*, וְשָׁמַיִם *et cœli*. Semel בְּהַשָּׁמַיִם *in ipsis cœlis*, Psal. 36.6. aliàs semper excluso ה Emphat.R.81. legitur בַּשָּׁמַיִם Est autem שָׁמַיִם nomen Duale, compositum ex שָׁם *ibi*, & מַיִם, *aquæ*, scil. sunt vel subsistunt. Vel à שָׁם *ibi, illuc*, quocunque enim te vertis, ibi cœlum intueris. Vel denique à שָׁם *ibi*, loco remotiori, cœlum enim à terra remotissimum. Dualis forma notat distantiam utrinque æqualem, vel duos mundi polos, circùm quos cœlum circumvolvitur: vel denique à מַיִם *aquæ*, quæ duplices. (supra N. 27.) Non solùm autem *Cœlum* significat *sedem Beatorum*, verùm etiam ipsum *aërem*, Ps. 8.9. *Volucris Cœli*. Ps.18.8. *Et fundamenta montium commota sunt*, pro quo 2 Sam.22.8. legitur, *Et fundamenmenta Cœli*.

71 יִשְׂחָק Jis-hhák] *ridebit*. A שָׂחַק *lusit, risit, derisit, risum fecit*. (de quovis risu dicitur, quin & de bello) *contempsit*, quicquid enim contemnitur, risui habetur. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur in tertia pers. tàntùm, יִשְׂחַק *ridebit*, in pausa יִשְׂחָק R.131. unde in Plur. יִשְׂחָקוּ *ridebunt*, Ps. 52.8.

72 אֲדֹנָי Adho-náj] DOMINUS. Targ. מֵימְרָא דַיְיָ *Verbum Domini subsannabit eos*. (quâ voce מֵימְרָא *verbum, sermo*, ab אָמַר, denotatur Messias qui est æternum Dei verbum) Ab אֶדֶן

basis, fit אָדוֹן *Dominus*, quasi basis & columen familiæ aut domus. Et quemadmodum Latinis Dominus dicitur is qui domui præest: ita Hebræis Deus dicitur ADHONAI, quòd præsit toti universo, tanquam domui à se constructæ. Quod nomen competit ei, non ex tempore, sed ab æterno, si scil. ratio habeatur potestatis, non verò relationis. In Regimine & Plurali num. converso (ֹ) in (ֲ) R. 114. facit אֲדוֹן *dominus*. In plur. absoluto & constructo, *Confitemini* לַאֲדֹנֵי הָאֲדֹנִים *Domino Dominorum*, Psalm. 136. 3. Cæterùm אֲדֹנָי (cum (ָ) extra pausam) dicitur tantùm de *Creatore*, & ponitur pro absoluto singulari DOMINUS, (idque ut differat ab אֲדֹנִי *dominus meus*, & אֲדֹנַי *domini mei*.) Cum Præfixis וְלְבּ abjicit (ֲ) R.82. facítque וַאדֹנָי *et Domine mi*, Ps. 35. 23. לַאדֹנִי *Domino meo*, Ps.22. 31. בַּאדֹנָי *in Domino meo*, Ps.73. 28.

73 יִלְעַג Jil-yágh] *subsannabit*. A לָעַג *subsannavit, derisit, blæsitatem finxit*; nam quos cum sanna excipere volumus, ad eos ridendos blæsitatem fingere solemus: Fut. Kal, quod in Psalmis flectitur sic: תִּלְעַג *subsannabis*, יִלְעַג *subsannabit*, יִלְעֲגוּ *subsannabunt*. Construitur autem hoc verbum apud Hebræos cum ל nota Dativi, ideóque sequitur

74 לָמוֹ La-mó] *eis*, vel in *in eos*. מוֹ est Affix. Poëticum, & ל ante Affixa amat (ָ) R.101.

Vers. 5.

75 אָז 'Az] *Tunc, ex tempore.* de Præterito & Futuro usurpatur. Et cum (ִ) paragog. R. 102. n. 4. אֲזַי *tunc*, Psal.124.3. Legitur cum מ præfixo, מֵאָז *extunc, ab eo tempore*, *postquam*, Psal.76.8. *Quis stabit coram te* מֵאָז אַפֶּךָ *à tunc ira tua*, Targ. *à tempore quo invalescit ira tua*. Absolutè positum notat retroacta secula, Ps.93.2. *Parata est sedes tua* מֵאָז *ex tunc*, Targ. מִן עָלְמָא *à seculo*, LXX ἀπὸ τότε, *ex inde*.

76 יְדַבֵּר Jedhab-bér] *loquetur*. A דָּבַר *locutus, elocutus est, dixit*. Fut. Pih. quod in Psalm. flectitur sic: אֲדַבֵּר *loquar*, (& cum ה parag. mutato (ֵ) in (:) R.117.) אֲדַבְּרָה *eloquar*, וַאֲדַבְּרָה *et loquar*. In pausa iterum redit (ֵ) R.131. וַאֲדַבֵּרָה Ps. 40. 6. תְּדַבֵּר *loquêris*, יְדַבֵּר *loquetur*. Et cum (ֶ) loco (ֵ) in pausa יְדַבֶּר Psal. 41. 7. Et ob retractum accentum יְדַבֶּר פִּי *loquetur os meum*, Ps. 145.21. תְּדַבֵּר *loquetur* (fœm. lingua) תְּדַבְּרוּ *loquemini*. Et cum ן paragog. תְּדַבֵּרוּן Ps. 58. 2. (cum (ֵ) loco (:) ob Athnach, R 132.) יְדַבְּרוּ *loquentur* cum *inimicis*, Ps.127.5. Targ. יִנְצוּן *litigabunt*, יְדַבְּרוּ *& loquentur*, Ps.73. 8. (sublato (:) sub (ו) ob præcedens (ַ) R.8.) וַיְדַבְּרוּ *et locuti sunt*, Ps. 78. 19. ubi litera schevata (י) ejicit dagesh, R. 20. quod ו conversiv. ei imprimere debuit, R.79. pro וַיְּדַבְּרוּ.

77 אֲלֵימוֹ E-lé-mo] *ad eos*. אֶל Præpositio, *Ad, apud, juxta*, ponitur aliquando pro עַל *super, propter*: (ideóque omnia verba quæ construuntur cum עַל, construuntur etiam cum אֶל) Scribitur cum (ֶ) ad differentiam nominis אֵל *Deus*: וְאֶל־מַכְאוֹב *& super*, vel *de dolore*, Ps. 69. 27. Assumit Affixa Nominum pluralium, R. 101. gestátque (ֵ) cum Affixis Levibus, ut, אֵלַי (& in pausa אֵלָי) *ad me*, אֵלֶיךָ *ad te*, אֵלָיו *ad ipsum*, אֲלֵימוֹ *ad eos*. At cum Affixis Gravibus mutat (ֵ) in (ֲ) ut, אֲלֵיכֶם *ad vos*, אֲלֵיהֶם *ad eos*.

78 בְּאַפּוֹ Bheap-pó] *in ira sua.* Targ. בְּתְקְפֵּהּ *in fortitudine sui.* Ab אָנַף *naribus flare* ut solent irati; fit Nom. masc. per syncopen אַף *naris, nasus,* Ps. 115.6. Aliquando ponitur pro *toto vultu, facie,* Ps. 138.7. quòd faciei decor (utpote cujus pars eminentior) sit nasus. Sumitur etiam pro *furore, irâ,* Ps. 78. 21. quòd nasus & vultus sit iræ index, vel quòd irati exsufflant naribus. Cum Præfixis, מֵאַף *ab ira,* וְאַף *& ira,* בְּאַף *in ira,* וּבְאַף *et in ira.* In Duali numero, & cum Affix. assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ נ, facitque אַפַּיִם *nares,* Ps. 86 15. (cujus Synonymum est נְחִירַיִם) אַפְּךָ (& in pausa אַפֶּךָ) *ira tua.* אַפּוֹ *ejus,* אַפָּם *eorum.* Et in alia significatione, *Impius* כְּגֹבַהּ אַפּוֹ *secundùm altitudinem faciei suæ non requiret,* Ps.10 4. Targ. בְּגַסּוּת רוּחֵהּ *in crassitie* sive *elatione spiritus sui.* (Superbia enim in facie elata apparet.) Cum Præfix. בְּאַפִּי *in ira mea,* בְּאַפְּךָ (in pausa בְּאַפֶּךָ) *in ira tua,* בְּאַפּוֹ *in ira ejus,* לְאַפּוֹ *pro ira sua,* Ps.78.50.

79 וּבַחֲרוֹנוֹ U-bha-hharo-nó] *et in furore suo.* A חָרָה *arsit, exarsit,* fit Nom. masc. formatum per syllabam Heemanthic. וֹן R.161.n.3. חָרוֹן *ardor, æstus iræ, furor,* & semel *adustum,* Ps. 58.10. כְּמוֹ חַי כְּמוֹ חָרוֹן *sicut vivum sic adustum,* vel, *sicut siccum sic aridum perdet.* In Regimine & cum Affixis mutato (ָ) in (ֲ) R. 114. facit חֲרוֹן Cum Præfix. *Reversus es* מֵחֲרוֹן אַפֶּךָ *ab ardore iræ tuæ,* Ps.85.4. i.e. cohibuisti iram tuam (quod Bertram. ait esse Infinit. Kal, cum ן paragog. *ab æstuando,* i e. ne æstuaret ira tua.) וַחֲרוֹן *et æstus.* Cum Affixo וּבַחֲרוֹנוֹ *et in ardore suo.* Semel in plur. חֲרוֹנֶיךָ *æstus tui,* Ps.88.17.

80 יְבַהֲלֵמוֹ Jebha-halé-mo] *conturbabit eos.* A בָּהַל in Pihel *festinare, accelerare,* sæpiùs sumitur in malum, inde *temerè, inconsultò agere.* It. accelerare aliquem, i. e. eum *terrere, subitò turbare, perturbare, conturbare,* ita ut temerè agat. Fut. Pih. quod in Psalmis flectitur cum Affix. in secunda pers. תְּבַהֲלֵם *conturbabis eos,* In tertia, יְבַהֲלֵמוֹ *terrebit eos.* Absorbetur autem hîc signum conjugationis Pihel (dagesh) quoniam gutturalis ejus capax non est, R.19. ac punctum terminale (..) ob Affix. transit in (ֲ) R.117.

Vers.6.

81 וַאֲנִי Va-aní] *Et ego.* אֲנִי *Ego* Pronomen primæ pers. R.36. in pausa scribitur cum (ָ) R.132. אָנִי Ps.6.3. Cum Præfixo וַאֲנִי *et ego,* ubi ו habet (-) ante (ֲ) R. 13. Legitur & aliâ formâ אָנֹכִי *ego,* וְאָנֹכִי *et ego.*

82 נָסַכְתִּי Na-sach-ti] *inunxi.* Targ. רַבֵּית וּמַנִּיתֵהּ *inauguravi & constitui eum.* LXX κατεστάθην βασιλεὺς, *constitutus sum rex.* A נָסַךְ *fudit, perfudit, libavit, inauguravit, regem constituit,* quòd id oleo fuso fieret. Legitur in Præt. Kal. h.l. tantùm.

83 צִיּוֹן Tsi-jón] *Sion.* A צִיָּה *siccitas,* fit צִיּוֹן nomen montis à siccitate loci, in cujus vertice arx eodem nomine constructa erat, quæ à Davide capta vocata fuit *Civitas Davidis,* aliàs *Mons Jehovæ,* & *Mons sanctitatis,* ad cujus latus aquilonale fuit Templum, Ps.48.3. Cum Præfixis, מִצִּיּוֹן *ex Sione,* וּמִצִּיּוֹן *et ex Sione,* בְּצִיּוֹן *in Sione,* וּלְצִיּוֹן *& de Sione,* Psalm. 87.5.

84 הַר Har] *montem.* Ab הָרַר *mons* fit contractum הַר.

85 קָדְשִׁי Kodh-shí] *sanctitatis meæ.* A קָדַשׁ *ab usu communi ad sacrum separavit.* fit קֹדֶשׁ *sanctitas, sanctimonia, munditia, res sancta, sanctum,* (ejus antitheton est חֹל *profanum.*) Cum Præfixis, מִקֹּדֶשׁ *ex sancto,* בַּקֹּדֶשׁ *in ipsa sanctitate,* (excluso ה Emphat.) Cum Affixis, ו penult. transit in (ָ) R. 118. & (ֶ) in (ְ) R.122. fitque קָדְשִׁי *sanctitas mea,* קָדְשְׁךָ (& in pausa קָדְשֶׁךָ) *sanctitas tua,* קָדְשׁוֹ *ejus,* בְּקָדְשִׁי *in sanctitate mea,* בְּקָדְשׁוֹ *sua,* לְקָדְשׁוֹ *ad sanctitatem ejus.*

Vers.7.

86 אֲסַפְּרָה Asap-perá] *Enarrabo.* A סִפֵּר *Numeravit, narravit, enarravit,* q. aliis enumeravit. (cujus Synonym. est הִגִּיד *indicavit.*) Fut. Pih. quod sic flectitur in Psalmis: אֲסַפֵּר *Numerabo omnia ossa mea,* Ps.22.18. i.e. numerare possum, R.40. not. Et cum ה paragog. mutato (ֵ) in (:) אֲסַפְּרָה *accuratè enarrabo,* וַאֲסַפְּרָה *& enarrabo.* Cum affixo, אֲסַפְּרֶנָּה *enarrabo illam.* יְסַפֵּר *recensebit,* נְסַפֵּר *recensebimus,* תְּסַפְּרוּ *enarretis.* Et super dolore interfectorum tuorum יְסַפֵּרוּ *narrabunt,* Psal.64..6. LXX προσέθηκαν *addiderunt* (omisso ר, q. fuisset יָסִפוּ) Et in pausa converso (:) in (ֵ) R. 132. יְסַפֵּרוּ *enarrabunt,* Ps. 71.15.

87 אֶל־ El] Est pro articulo אֵת nota Accusativi. quoniam istæ literæ ל & ת sunt commutabiles, R. 1. Vel est Præpositio *Ad, In, Super,* ut sensus sit, *Enarrabo super* vel *de statuto.* Vel *Enarrabo in decretum,* i. e. ut sit in statutum & memoriale.

88 חֹק Hhók] *decretum.* Targ. קְיָמָא דֶאֱלָהָא *Dei pactum.* LXX τὸ πρόσταγμα κυρίου, *præceptum Domini.* (acceperunt אֵל pro אֶל *Deus,* & exposuerunt in Genitiv. casu, qui tamen apud Hebr. semper alteri nomini postponitur) A חָקַק *insculpsit, statuit, decrevit,* nom. masc. חֹק *statutum, decretum,* quod observandum insculpetur. Cum Præfixis, וְחֹק *& statutum,* לְחֹק *in statutum.* Cum Maccaph corripit ו in (ָ) R. 134. facitque חָק־ *decretum,* Ps.148.6.

89 אָמַר A-már] *dixit.* Præt. Kal, quod sic flectitur in Psalmis: אָמַר *dixit ille,* cum altero vel secum *locutus est, cogitavit.* וְאָמַר *& dixit.* אָמַרְתְּ *dixisti tu anima,* Psal. 16. 2. אָמַרְתִּי (& in pausa אָמָרְתִּי) *dixi.* אָמְרוּ *dixerunt,* וְאָמְרוּ *& dixerunt.*

90 בְּנִי Bení] *filius meus,* A בָּנָה *ædificavit,* בֵּן *filius*: nam Parentes fabri liberûm sunt, Plaut. (Synonymum ejus est בַּר) Dicitur de omnibus rebus tam animatis, quàm inanimatis, Ps.80.16. *Et super* בֵּן *filium, quem roborasti tibi,* i.e. palmitem, nam palmes ex arbore tanquam ex parentibus nascitur. In Regimine semper notatur cum (ֶ) sive sit ad Maccaph, sive extra Maccaph, בֶּן־יְמִינִי *filius Jemini,* Ps. 7.1. בֶּן רְאֵמִים *filius unicornium,* Ps.29.6. i.e. catulus aut pullus. Cum Præfixis, וּבֶן *& filius hominis,* Psal. 8.5. בְּבֶן *in filium matris tuæ,* Psal. 50.20. לְבֶן *filio regis.* Psal.72. 1. Cum Affix. mutato (ֵ) in (:) R.117. fit בְּנִי *filius meus,* בְּנוֹ *filius ejus,* vel *suus.*

91 אַתָּה A't-ta] *tu*: scil. es. nam Pronomina personalia supplent vices Verbi Substantivi, R. 36. n. 1. אַתָּה *tu,* est Pronom. masc. secundæ personæ. In pausa scribitur אָתָּה Ps. 16.2. Cum Præfixo, וְאַתָּה *& tu.* Et abjecto ה, וְאַתְּ Psal. 6. 4. quomodo quinquies legitur

legitur in Scriptura. In plur. facit אַתֶּם *vos.*

92 הַיּוֹם Haj-jóm] *hoc die.* יוֹם *dies,* aliquando pro naturali 24 horarum, aliquando pro diurno capitur spatio. Geminatum יוֹם יוֹם *die die,* i.e. quotidie, Ps.68.20. Cum Præfix. מִיּוֹם *à die,* הַיּוֹם *hic dies,* כְּיוֹם *sicut dies,* לְיוֹם *in die, de die,* בְּיוֹם *in die.* Et excluso ה Emphat. בַּיּוֹם *in hac die,* כַּיּוֹם *sicut hic dies.* Legitur semel cum Affixo, *Cum videbit quòd venerit* יוֹמוֹ *dies ejus,* Ps.37.13. Targ. יוֹמָא דִתְבָרֵהּ *dies calamitatis ejus.*

93 יְלִדְתִּיךָ Jelidh-tí-cha] *genui te.* Targ. *Dilecte, sicut filius es patri, tu mihi purus es; ac si die ista creavissem te.* A יָלַד *genuit, peperit, parturivit,* propriè fœminarum est, sed eleganter dicitur de viris, *generavit.* Præt. Kal; quod in Psalmis flectitur sic: יָלַד *genuit,* וַיָּלַד *& genuit,* יָלַדְתִּי *genui.* Cum Affixo, יְלִדְתִּיךָ *genui te,* ubi (ָ) primæ syllabæ corripitur in (ְ) R. 114. & (ַ) secundæ radical. euphoniæ causâ transit in (ִ) R.107. pro יְלַדְתִּיךָ.

Vers.8.

94 שְׁאַל Sheál] *Pete.* A שָׁאַל *rogavit, petiit, quæsivit, postulavit.* Imperat. Kal, שְׁאַל In plur. שַׁאֲלוּ *petite,* Ps. 122.6. pro שְׁאלוּ cum (ֲ) sub gutturali, R.13.

95 וְאֶתְּנָה Veet-tená] *et dabo.* A נָתַן (vide supra num.29.) Fut. Kal, in prima pers. facit אֶתֵּן *dabo.* Cum ה parag. mutato (ֵ) in (ְ) וְאֶתְּנָה *& dabo,* וָאֶתְּנָה *et posui,* Ps. 69. 12. (ubi ו conversiv. ante gutturalem gestat (ָ) R.79.) Cum Affix. אֶתְּנֵהוּ *constituam eum.* In secunda persona, תִּתְּנֵנִי *trades me,* תִּתְּנֵהוּ *eum,* תִּתְּנֵנוּ *dabis nos ut oves,* Ps.44.12. i.e. efficies, תִּתְּנֶנּוּ *dabis, pones eum,* Ps. 74. 14. In tertia pers. וַיִּתְּנֵם *& tradidit eos,* Ps.106.41. cum ו conversivo.

96 נַחֲלָתֶךָ Na-hhala-thé-cha] *possessionem tuam.* Targ. *Dabo divitias populorum hæreditatem tuam.* A נָחַל *possedit,* Nom. fœmin. נַחֲלָה *possessio,* quicquid alicui gratis cedit in possessionem. Semel scribitur cum ת, נַחֲלַת Ps. 16. 6. Cum Præfixo, לְנַחֲלָה *in possessionem.* In Regimine mutato ה in ת R. 37. fit נַחֲלַת *possessionem gentium,* Ps. 111. 6. Cum Affixis converso ה in ת R.104. facit נַחֲלָתְךָ (& in pausa נַחֲלָתֶךָ) *possessio tua,* וְנַחֲלָתְךָ *& possessio tua,* נַחֲלָתוֹ *ejus,* וְנַחֲלָתוֹ *& possessio ejus,* נַחֲלָתֵנוּ *possessio nostra,* נַחֲלַתְכֶם *vestra,* בְּנַחֲלָתֶךָ *in possessione tua,* וּבְנַחֲלָתוֹ *& in possessione ejus,* וְנַחֲלָתָם *& possessio eorum.*

97 וַאֲחֻזָּתְךָ Va-ahhuz-záthechá] *& hæreditatem tuam.* Ab אָחַז *prehendit, apprehendit, carpsit, rapuit,* nom. fœmin. absque plurali, אֲחֻזָּה *apprehensio, hæreditas, res possessa,* rus, villa, ager. Est cum dagesh euphonico, R. 18. Legitur in Psalmis hoc loco tantùm, idque cum Præfixo & Affixo, וַאֲחֻזָּתְךָ.

98 אַפְסֵי Aph-sé] *fines.* Ab אָפֵס *finivit, cessavit,* fit nom.masc. אֶפֶס *finis, terminus,* rei alicujus extremitas. Formatur ut פֶּלֶג supra Num.26. ideóque in plur. facit אֲפָסִים In Regimine אַפְסֵי, quomodo quinquies legitur in Psalmis, & semper sequente nomine אֶרֶץ Ps. 2.8. 22.28. 67.8. 98.3. אַפְסֵי אָרֶץ *terminos terræ,* i. e. homines in extremis terræ partibus habitantes. Cum Præfixo, לְאַפְסֵי הָאָרֶץ *in fines terræ,* Ps. 59. 14.

Vers.9.

Vers.9.

99 תְּרֹעֵם Tero-עém] *Confringes eos.* Targ. תְּתַבְּרִנּוּן *conteres eos.* LXX ποιμανεῖς ἀυτὲς, *reges eos.* Legerunt תִּרְעֵם à רָעָה *pavit, rexit, gubernavit* : inde Apoc.2.26. ποιμανεῖ ἀυτὲς *reget eos virgâ ferreâ.* A רָעַע *fregit, confregit, contrivit* (magis Chaldaic. est quàm Hebr. pro רָצַץ ejusdem significationis, mutato צ in ע) Fut. Kal, quod legitur in Psalm. hoc loco tantùm. Analogicè esset תִּרְעַע, at syncopatâ mediâ radicali R. 71. fit תְּרֹעַ, & ob Affix. correpto (ֹ) in (:) R.114. fit תְּרֹעֵם.

100 בְּשֵׁבֶט Beshé-bhet] *virgâ.* שֵׁבֶט *virga, sceptrum, baculus.* Nom.commun. generis, sed mascul.sæpiùs.Cum Præfixo, בְּשֵׁבֶט *in virga,* ubi ב est instrumenti,R.80.n.3. Targ. בְּחוּטְרָא *baculo.*

101 בַּרְזֶל Bar-zél] *ferri,* i.e. ferrea. Substantivum adjectivi loco, R. 34. n.3. Nomen quadriliterum, masculin. sine plurali. בַּרְזֶל *ferrum,* & ea quæ ex ferro sunt instrumenta, *compes, catena,* Ps.105.18. בַּרְזֶל בָּאָה נַפְשׁוֹ *ferrum ingressa est anima ejus.* Targ. בְּשֵׁיר דְּפַרְזֶל *in catenam ferream ingressa est anima ejus,* i. e. in nervum ferreum venit corpus ejus Ps.107.10. *Vincti afflictione* וּבַרְזֶל *& ferro,* i.e. compedibus.

102 כִּכְלִי Kich-lí] *sicut vas.* A כָּלָה *perfecit.* Nom.masc. כְּלִי *vas, instrumentum,* est commune ad omne utensile,quod paratur,consummatur,& perficitur.Legitur in Psalmis cum duobus Præfixis, כִּכְלִי *sicut vas,* בִּכְלִי *in instrumento,* Ps. 71.22. ubi כ & ב notantur cum (ִ) ob sequens (:)R.6.

103 יוֹצֵר Jo-tsér] *fingentis,* i.e. figuli. A יָצַר *finxit, formavit* : tribuitur Deo & homini, notátque *novis modo aliquid effigiare.* Benoni kal יוֹצֵר (quod supplet vices Nomin.) *creator, figulus.* Et absque ו, Ps. 94.9. יֹצֵר *formans.* Cum ה Relativo, R. 76. הַיּוֹצֵר *qui format,* Ps.33.15.

104 תְּנַפְּצֵם Tenap-petsém] *penitùs dissipabis eos.* Targ. תְּתַרְעִנּוּן *disrumpes eos.* LXX συντρίψεις ἀυτὲς, *confringes eos.* A נָפַץ *sparsit, dispersit, dissipavit* ; dicitur de quavis dispersione, quæ etiam fractionem comprehendit, Psal.137.9. וְנִפֵּץ (Præt. Pih.) *& disperget infantes tuos ad petram,* i. e. collidet. In Futuro Pih. occurrit hoc loco cum Affixo ם.. ob quod (..) ultim. transit in (:) R. 117.

Vers.10.

105 וְעַתָּה Veעát-ta] *Et nunc.* A עָתַת *tempestivè aliquid egit,* venit Adverb. temporis præsentis vel mox venturi, עַתָּה *nunc, jam,* q. hoc tempore. Cum Præfix. וְעַתָּה *et nunc.* Et in pausa וְעָתָּה. Ps. 119. 67. Et absque ה, וְעַתְּ Ps.74.6. מֵעַתָּה *ex hoc nunc,* Ps.121.8. i.e. ex hoc tempore.

106 הַשְׂכִּילוּ Has-kí-lu] *intelligite.* A שָׂכַל *prudenter se gessit* : sed usitatius in Hiph. *intellexit, intelligere fecit,* q. intellectum vel prudentiam fecit sibi vel aliis. Inde in secunda pers. plur. Imper. Hiph. הַשְׂכִּילוּ (cum dagesh leni post (:) R.17.) *facite ut intelligatis, studete ut sapientes sitis.*

107 הִוָּסְרוּ Hiv-vá-serú] *erudimini vos.* A יָסַר *se erudivit* verbo vel reipsa, *castigavit.* Imper.plur. Niph. mutato (י) in ו dageshatum,R.56. הִוָּסְרוּ Targ. קַבְּלוּ מַרְדּוּתָא *accipite castigationem,* ad morum correctionem spectat.

108 שֹׁפְטֵי Sho-pheté] *judicantes*, i. e. judices. Targ. נְגוֹדֵי אַרְעָא *duces terræ*. A שָׁפַט *judicavit*, i. e. vel *simpliciter*, quæ bona agenda vel mala fugienda sunt pronunciavit; vel *relatè*, justum absolvit & injustum condemnavit. Benoni Kal pro Nomine, שׁוֹפֵט *judicans*, *judex*, vindex. Et absque ו, שֹׁפֵט In plur. שֹׁפְטִים *judicantes*, *judices*, quorum officium erat docere populum mores divinos, & de causis civilibus dijudicare. In Regim. שֹׁפְטֵי R.34. Cum Præfixo, מִשֹּׁפְטֵי *à judicibus animæ ejus*, Ps. 109.31. i.e. qui condemnant. Cum Affixo, שֹׁפְטֵיהֶם *judices eorum*. Psal. 141.6.

Vers. 11.

109 עִבְדוּ ɣibh-dhú] *Colite*. A עָבַד *servivit*; dicitur de omni servitute tam libera quàm coacta; at de Deo & terra usurpatum, *coluit*. (Apud Chald. עֲבַד est *facere*, quòd servire sit aliquid agere.) Imper. plur. Kal עִבְדוּ *servite*, *cultum exhibete*. Omittitur a. hîc dagesh Lene post (:) quoniam hoc (:) profectum est ex vocali longa. Venit enim à sing. עֲבֹד

110 בְּיִרְאָה Bejir-á] *in timore*. A יָרֵא *timuit*, Nom. fœmin. יִרְאָה *timor*, *reverentia*, *pietas in Deum*, *religio*. In cultu enim Dei præcipuum est ut timeatur. Horat. vocat *Metum Deorum*. In Regim. facit יִרְאַת *timor*. R. 34. Cum Præfix. בְּיִרְאָה *in timore*, לְיִרְאָה *ad timorem*. Cum Affixis, mutat ה in ת. R.104. fitque בְּיִרְאָתְךָ *cum reverentia tui*, לְיִרְאָתֶךָ *in timore tuo*. וּכְיִרְאָתְךָ *& sicut timor tuus*. Ps. 90. 11.

111 וְגִילוּ Veghí-lu] *& exultate*. LXX inserunt *Ei*, *Et exultate ei*. Targ. וְצַלּוֹ בִּרְתֵיתָא *& orate in tremore*. A גּוּל *exultare*, præ gaudio vel lætitia *gestire*; dicitur de ingenti lætitia, (quomodo differt à שָׂמַח *lætari*.) notátque propriè animi lætitiam, quæ gestu corporis aliquo exprimitur. Secunda pers. plur. Imper. Hiph. (formæ קוּם) & analogicè esset הָגִילוּ, sed ה Characteristic. per Aphæresin tollitur, fitque גִּילוּ exultate.

112 בִּרְעָדָה Bir-ɣa-dhá] *in tremore*. A רָעַד *tremuit*, *contremuit*. Nom. fœmin. absque plurali. Invenitur bis in Psalm. רְעָדָה *tremor*. Psal. 48. 7. Et cum Præfixo, בִּרְעָדָה, ubi ב cum (.) ob sequens (:) R.6.

Vers. 12.

113 נַשְּׁקוּ Nash-shekú] *Osculamini* Targ. קַבִּלוּ אֻלְפָנָא *accipite doctrinam*. LXX Δράξασθε παιδείας, *apprehendite disciplinam*. (Legerunt forsitan נִשְׂגוּ à נָשַׂג *apprehendit*, & בַּר *filium*, acceperunt pro *puritate*, doctrinâ purâ.) A נָשַׁק *Osculatus est*, *osculum præbuit*, Imper. plur. Pih. נַשְּׁקוּ *osculamini filium*, in honorem & obedientiam.

114 בַר Bhár] *filium*. Vocabulum propriè Syro-Chaldæum, pro Hebræo בֵּן *filius*. Inde nomina propria in N.T. *Simon* βὰρ ἰωνᾶ, βαρνάβας, βαρθολομαῖος, βαρτιμαῖος. In Bibliis legitur h.l. tantùm, & Prov. 31.2. cum affixo, בְּרִי *fili mi*, pro Hebr. בְּנִי Quidam exponunt, *Osculamini purum*, vel *purè*, scil. Deum, à בָּרַר *purum esse*, unde בַּר *purus*.

115 פֶּן Pen] *ne fortè*. A פּוּן *dubium esse*, *hæsitari*, fit פֶּן dubitantis & negantis particula, quæ semper additur Futuris tantùm, idem valens quòd שֶׁלֹּא *Ne fortè*, *ne quando*, *ut non*, *ne*.

116 יֶאֱנַף je-enáph] *irascatur*. Ab אָנַף *flare*

flare naribus ut solent irati, i. e. succensuit, iratus fuit. Fut. kal, quod bis legitur in Psalm. In secunda pers. תֶּאֱנַף *irasceris*, Ps.79.5. & 85.6. In tertia pers. יֶאֱנַף *irascetur*. ubi guttural. א (ut legi possit) habet sub se (ֱ) & mutat præcedens (ִ) in (ֶ) R. 13. pro יִאְנַף

117 יִבְעַר jibh-yár] *exardescet*. A בָּעַר *arsit, exarsit, combustus fuit* (cujus antitheton est כָּבָה *extinctus fuit*.) Futur. kal, quod flectitur in Psalm. in tertia pers. tantùm. Masculin. יִבְעַר *cum exarserit nasus ejus*. i.e. ira excandescens. Fœmin. תִּבְעַר *ardebit, comburet*. Et cum ו Conversivo, וַתִּבְעַר *& exarsit*, (ignis) Ps. 106. 18.

118 כִּמְעַט Kim-yát] *quasi parum*. LXX ἐν τάχει, *citò, in brevi*. A מָעַט *diminutus fuit*, Nom. masc. מְעַט *parvus, parvum, paucitas, modicum*. Cum Verbis, transit in naturam adverbii. Ps.8.6. *Deficere fecisti eum* מְעַט *parum ab Angelis*. Cum כ similitudinis, כִּמְעַט *secundùm parum, paulominus, ferè, propemodum, brevi momento*. In plur. assumit dagesh euphonic. R.18. facitque מְעַטִּים *pauci*. Ps.109.8.

119 כָּל־ Col] *omnes*. כֹּל (vide suprà Num. 33.) ob Maccaph, mutat ו in (ָ) R.134. facitque כָּל־ *omnis, omnes, omnia*. Cum præfix. בְּכָל־ *in omni, in toto*. לְכָל־ *omnibus, omnes*, מִכָּל־ *ab omni*, וּמִכָּל־ *& ab omni*. כְּכָל־ *secundùm omne*. "Notandum autem est, "Masoram observasse duo loca in Bi- "bliis, in quibus כָּל notatur cum ac- "centu; ideóque hoc (ָ) in his locis "longum est, ac efferendum *cal*, non "*col*. Semel sic occurrit in Psalm. כָּל "עַצְמֹתַי (*cal*) *omnia ossa mea*. Ps.35. "10. Et semel in Proverb. כָּל אֲחֵי "רָשׁ *Omnes fratres pauperis*. Pr.19.7.

120 חוֹסֵי Hhó-se] *sperantes*. A חָסָה *recepit se ad aliquem, protectionem sub aliqua re quæsivit*, ubi sit tutus à cœli aliáve injuriâ; translatum ad animum, eleganti metaphorâ significat *fidit, confidit, speravit*. Benoni kal, quod in sing. facit חוֹסֶה cum (ֶ) R.65. In plur. excluso ה. R.103. fit חוֹסִים *sperantes, confidentes*. Et cum ה Relativo, הַחוֹסִים *qui confidunt*. Ps.18.31. & excluso ה Emphat. לַחוֹסִים בָּךְ *iis qui confidunt in te*. Ps. 31.20. In Regim. facit חוֹסֵי *confidentes*. Est autem hîc enallage status Constructi pro Absoluto חוֹסִים Cæterùm hoc Verbum ferè semper construitur cum ב, ideóque sequitur

121 בוֹ Bhó] *in eo*. ב est præpositio *In*, & ו affix. singulare. Legitur & cum Præfixo, וּבוֹ *& in eo*. Ps.144.2.

PSALMUS III. 1

122 מִזְמוֹר Miz-mór] *Psalmus*. A זָמַר *putavit, præcîdit*; in Pihel, זִמֵּר *cecinit, modulatus est* carmen concisum & breve, personante aliquo musico instrumento. Nom. Heemanth. masc. sine plurali, מִזְמוֹר *Psalmus*, cantus poëticâ arte concinnatus, & instrumento musico, decantatus. Occurrit 41 vicibus in Psalmis: & interdum habet additum שִׁיר *canticum* vel *cantilena*, ut Ps. 30,65,67,68 75,76 87,92. מִזְמוֹר שִׁיר *Psalmus cantici*, i.e. carmen quod priùs instrumento psallebatur, post effectum ut corporeâ voce cani possit. E converso, שִׁיר מִזְמוֹר Ps.48,66,83,88, 108. *Canticum psalmi*, i.e. priùs vivâ voce decantatum, ac deinceps instrumentis accommodatum.

123 לְדָוִד Ledha-vídh] *Davidi* scil: inspiratus. A דּוֹד *amicus, dilectus*, fit דָּוִד q. *amabilis*. Legitur cum duobus Præfixis, לְדָוִד LXX. τῷ Δαυίδ, *ipsi Davidi*, ita ut ל deserviat dandi casui, (quâ

(quâ in re non auctorem ipsum fuisse Psalmorum, sed amanuensem Sp. S. patet, ut ipsemet testatur, Ps. 45. 2. *Lingua mea calamus scribæ velocis.*) *Et elegit* בְּדָוִד *Davidem*, Ps. 78.70.

124 בְּבָרְחוֹ Bebhor-hhó] *infugere ejus*, i. e. in fuga ejus. A בָּרַח *fugit*, *aufugit*, (idem est cum נוּס, nisi quòd illud sæpè fit sine persequente.) Infinit. kal, בְּרוֹחַ *fugere*. At ob affix. ו, (-) furtivum evanescit. R. 10. & ו transit in (ּ) ut habes R. 98. facítq; cum ב nota Gerundii (quod circumlocutionem Conjunctivi efficit, R.41.) בְּבָרְחוֹ *cum fugeret ipse*, Psal. 52. 1.

125 מִפְּנֵי Mip-pené] *à faciebus*, sive ab irata facie. A פָּנָה *aspexit, respexit*, fit פָּנִים *facies, vultus*, quòd hic inde respiciat. Et quoniam *Facies* plures habet partes, easque singulas geminas, ut supercilia, oculos, genas, nares, labia, dentes, ideò Hebræis (idque convenienter naturæ) dicitur in plurali numero tantùm. Porrò, cùm in facie, ira & furor dignoscitur, ideò *Facies* sæpè pro *indignatione* ponitur. In Regimine mutato ים. in י.. R.34. & (ָ) in (:) R.114. fit פְּנֵי *facies*. Et cum Præfixo מ R. 74. מִפְּנֵי *à faciebus*, à conspectu, vel propter.

126 אַבְשָׁלוֹם Abh-sha-lóm] *Absalom*. Nomen proprium filii *Davidis*, qui fuit tertius Mahacæ filius. 2 *Sam*. 3. 3. Compositum ex אָב *pater* & שָׁלוֹם *pax*; q. pater pacis.

Vers. 2.

127 רַבּוּ Ráb-bu] *multi sunt*. A רָבַב *auctus, copiosus, multus, multiplicatus fuit*. Dicitur de quocunque augmento, sive quantitatis, sive qualitatis. Præter kal, quod per syncopen facit רַב pluralit. רַבּוּ R. 70. Et in pausa mutato (-) in (ָ) רָבּוּ (quæ) *multiplicata sunt*, Psal. 4. 8. Cum præfixo, וְרַבּוּ *& multiplicati sunt*, Psalm. 38. 20.

128 צָרָי Tsa-ráj] *hostes mei*. LXX. οἱ θλίβοντές με, *qui tribulant me* (i. e. qui variis pungunt me aculeis, ut tribulus.) A צוּר *arctare, coarctare, angustum reddere*. Nomen participiale צַר *arctus, angustus*; & substantivè *angustia*, tam animi quàm corporis. It. activè, *hostis, angustator*, eò quòd ab hostibus sæpe in angustias deducimur. Cum præfixis, מִצַּר *ab angustia*, בַּצַּר *in hac angustia* (excluso ה Emphat.) Psal. 4. 2. Et cum (-) loco (ָ) מִצָּר *ab angustia*, Psal. 32. 7. בַּצָּר *in hac angustia*, Psal. 18. 7. (quæ duo possunt commodè referri ad צָרַר) In plurali facit צָרִים *hostes*. Cum Affix. excluso ים. R. 105. צָרַי (& in pausa cum (ָ) צָרָי) *hostes mei*. וְצָרַי *& hostes mei*. צָרֵינוּ *hostes nostri*. מִצָּרֵינוּ *ab hostibus nostris*. צָרָיו *hostes suos*. בְּצָרָיו *in hostes suos*. מִצָּרָיו *præ hostibus ejus*. צָרֵיהֶם *hostes eorum*. In fœminino facit צָרָה *angustia, cruciatus*, unde cum præfixo מִצָּרָה *ab angustia*, Psal. 143. 11.

129 רַבִּים Rab-bím] *multi*. A רָבַב (de quo Num. 127.) fit mascul. רַב *multitudo, copia, multus, multum*. (unde *Rabbi*, magister, gradus dignitatis.) וְרַב *& multus*. In pausa scribitur cum (ָ) רָב *multo*, Psal. 19. 11. In plurali assumit dagesh, ad supplendum defectum literæ absentis. R. 125. fitque רַבִּים *multi*, רְשָׁעִים רַבִּים *impiorum magnorum*, Ps. 37. 16. Cum præfix. בְּרַבִּים *in multis*. לְרַבִּים *multis*.

130 קָמִים ka-mím] *surgentes*. A קוּם *surgere*, Benoni kal abjecto ו R.58. קָם *surgens, insurgens*. In plurali semper

ſemper in malum uſurpatur pro hoſtibus. קָמִים *ſurgentes.* Et cum ה Relativo, R. 76. הַקָּמִים *qui inſurgunt*: ac excluſo ה Relativo, R. 81. בְקָמִים *in eos qui inſurgentes ſunt.* Pſ. 92. 12. Cum affixis, excluſo ים R. 105. fit קָמַי *inſurrectores meos*, Pſ. 18. 40. קָמֵינוּ *inſurgentes in nos*, Pſal. 44. 6. קָמֶיךָ *inſurgentium in te*, Pal. 74. 22. pro קָמִים עָלֶיךָ &c.

131 עָלָי] עa-lái) *contra me*. עַל (vide ſuprà Num. 61.) ſuſcipit Affixa Nominum pluralium, R. 101. ac cum Affixis Levibus, geſtat (ֶ) cum Gravibus verò (ָ) ut עָלַי (& in pauſa עָלָי) *contra me*. עָלַי נְדָרֶיךָ *ſuper me vota tua*, Pſ. 56. 13. i. e. meum eſt perſolvere ea, quæ tibi vovi. (cauſam importat) מֵעָלַי *à ſuper me*, i. e. à me, Pſ. 39. 11. עָלֵינוּ *ſuper nos*, עָלֶיךָ *ſuper te, ad te. Retribuit* עָלָיְכִי *ſuper te*, Pſ. 116. 7. (ubi Affix. Chaldæo-Syrum, pro fœmin. עָלַיִךְ R, 146.) עָלָיו *ſuper eum.* וְעָלָיו *et ſuper eum.* וְעָלֶיהָ *& propter illam*, Pſ. 7, 8. עָלֵימוֹ *ſuper eos.* עֲלֵיכֶם *ſupra vos.* עֲלֵיהֶם *ſuper illos.*

Verſ. 3.

132 אֹמְרִים O-merím] *dicentes*. Ab אָמַר (ſuprà Num. 89.) Benoni Kal. אֹמֵר *dicens*, plur. אֹמְרִים *dicentes*. Cum præfix. הָאֹמְרִים *qui dicunt*, Pſ. 40. 16. (cum ה Relativo.) בְּאֹמְרִים *in dicentes*.

133 לְנַפְשִׁי Lenaph-ſhi] *anima meæ*, i.e. mihi: vel *de anima mea*. נֶפֶשׁ *anima*, Nomen genere commune, ſed ſæpius fœmininum. Eſt principalior & nobilior pars totius compoſiti, & in latitudine ſuâ non ſolùm *animam rationalem* continet, verùm etiam *ſenſitivam*, cum ſuis potentiis: unde ſumitur pro *halitu, vitâ*, (quæ in motu et ſenſu conſiſtit) *deſiderio, affectu*, &c. Non rarò etiam pro *corpore* tam animato quàm exanimi, *cadavere*, (ſed hominis tantùm.) Et per Synecdochen pro ipſa *perſona cujuſque*. In pauſa facit נָפֶשׁ Pſ. 19. 8. Cum præfix. וְנֶפֶשׁ *et anima. Ne tradas me* בְּנֶפֶשׁ *in animam inimicorum meorum*, Pſ. 27. 12. Targ. בִּרְעוּת *in voluntatem*, deſiderium. *Inimici mei* בְּנֶפֶשׁ *in anima*, Pſ. 17. 8. i. e. *capitales*, vel ut Targ. בִּרְעוּת נַפְשְׁהוֹן *in voluntate animæ ſuæ*. Cum Affixis, mutat utrumque (ֶ) in (:) R. 122. & prius (:) in (-) R. 6. facitque נַפְשִׁי *Anima mea in medio leonum*, Pſ. 57. 5. Targ. גִּשְׁמִי *corpus meum*. (Et cum י loco (ו) נַפְשׁוֹ, Pſ. 24. 3. ubi ſecundùm puncta eſt נַפְשִׁי, et ſecundùm literas נפשו *anima ejus.*) וְנַפְשִׁי *et anima mea* בְּנַפְשִׁי *in anima mea* לְנַפְשִׁי *ad animā meā*. בְּנַפְשִׁי *in anima mea.* נַפְשְׁךָ *animam tuam.* נַפְשֵׁנוּ *anima noſtra. In ferrum venit* נַפְשׁוֹ *anima ejus*, Pſ. 105. 18. i. e. corpus ejus. וְנַפְשׁוֹ *et anima ejus.* בְּנַפְשׁוֹ *in anima ſua.* נַפְשָׁם *anima eorum. Et miſit maciem* בְּנַפְשָׁם *in animam ipſorum*, Pſ. 106. 15. i. e. corpus. *Ut peterent cibum* לְנַפְשָׁם *pro anima eorum*, Pſ. 78. 18. i. e. pro deſiderio ſuo. In plurali, mutato priori (ֶ) in (:) et poſteriori in (ָ) R. 122. fit נְפָשׁוֹת *animæ*. In Regim. converſo (ָ) in (:) R. 114. prius (:) tranſit in (-) R. 6. fitq; נַפְשׁוֹת *animas beneficorum ſuorum*, Pſ. 97. 10. וְנַפְשׁוֹת *et animas pauperum*, Pſ. 72. 13.

133 אֵין En] *non* vel *nullus*. אַיִן eſt particula negativa, idem quod לֹא *non*: vel nominaliter, *nullus, a, um, nihil.* Cum Præfixis, כְּאַיִן *ſicut nihil*, Pſal. 39. 6.

39.6. Et Pſ.73.2. כְּאַיִן Targ. כִּלְמָא *propemodum effuſi ſunt greſſus mei.* וְאַיִן *& nullus.* Pſ.69.21. (ubi ו ante accentum diſtinctivum Athnach, geſtat (ָ) R7.8.) Cum Præfixo מ, eſt adverbium loci, idem quod מֵאַיִן *unde!* Pſ.121.1. מֵאַיִן *unde veniat auxilium meum.* Sæpiùs per contractionem efferτur אֵין *nullus, nemo, nihil*: & præponitur Nominibus, ac Participiis, non autem Verbis. Pſ.18 42. וְאֵין מוֹשִׁיעַ *& non ſalvans.* Pſ.146. 3. שֶׁאֵין לוֹ תְשׁוּעָה *cui non illi ſalus.* i.e. in quo non eſt ſalus.

135 יְשׁוּעָתָה לוֹ Jeſhu-yá-thal-ló](*non*) *omnimodo ſalus ei*, i.e. nulla prorſus, actum jam eſt de ipſo. (Fuerat enim tum Proverbium contra David, *Ei qui furatus eſt ovem* (Bethſabeam) *& occidit paſtorem* (Uriam) *poterit eſſe ſalvatio?* A יָשַׁע *ſalvavit*, Nom. fœmin. יְשׁוּעָה *ſalus*, & ad majorem auxeſin, cum duplici ſigno fœminino ה & ת, R.27. יְשׁוּעָתָה *omnimoda ſalus*, quomodo ter tantùm legitur in Bibliis, Jon. 2.9. hoc loco, & Pſ.80.3. cum Præfixo, *Et adſis* לִישֻׁעָתָה לָנוּ *ad omnimodam ſalutem nobis*, ubi (ֻ) eſt pro וּ R. 107. & (:) ſub (י) tollitur ob præcedens (.) R.8.

136 לוֹ Ló] *ei.* ל eſt nota Dativi, & ו affixum: facítque לוֹ *ei, ſibi,* וְלוֹ *& ei.* Notandum autem hîc eſt, ל habere dageſh forte, quod Hebræis dicitur *Athemerahhik*. Vide Reg.134.n.2.

137 בֵּאלֹהִים Be-lo-hím] *per Deum.* A ſingul. אֱלוֹהַּ *Deus*, (quod quater legitur in Pſal.18.32. 50. 22. 114.7. 139.19.) fit plur. אֱלֹהִים excluſo (-) furtivo, & punctulo Mappik. R.10.& 21. Eſt autem ELO-HIM unum ex præcipuis Dei nominibus, & ei tribuitur in quantum eſt Conditor, Rector, Gubernator, Princeps & Judex univerſi. Ex conſuetudine hujus linguæ ferè ſemper pluraliter ponitur, ídque ad ejus ſummam majeſtatem & ſingularem gloriam indicandam. Tribuitur autem hoc nomen *Elohim* non ſolùm *vero Deo*, verùm etiam *Angelis*, & *hominibus magnis* qui aliis præſunt & proſunt. *Angelis.* Pſ.8.6. *Minuiſti eum paulo minus* מֵאֱלֹהִים *ab Angelis.* Pſ.86.8. *Non eſt ſimilis tui* בָאֱלֹהִים *inter Deos.* Targ. בְּאַנְגְּלֵי מְרוֹמָא *inter angelos excelſos.* Pſ.97.7. *Incurvate vos ei omnes Dii*, i.e. Angeli, ut exponitur Hebr.1.6. *Judicibus & Magiſtratibus.* Pſ.82.1. *In medio Deorum judicat.* Pſ.138.1. *Coram Diis pſallam te*, &c. Denique ipſa *ſimulachra* & *Dii fictitii* nomine *Elohim* vocantur, quòd illis ſui cultores vim quandam divinam attribuerent. Pſal. 96.5. *Omnes* אֱלֹהֵי הָעַמִּים *Dii populorum idola.* Cum ה Emphat. *Civitas* הָאֱלֹהִים *ipſius Dei.* Pſ. 87.3. Cum Præfixis וכלב habet (..) quieſcente א, R. 82. בֵּאלֹהִים pro בֶּאֱלֹהִים *in Deo*, vel jurantis *per Deum.* (Legitur etiam בֵּאלֹהִים Pſ. 86. 8. excluſo ה Emphat, ſed forſitan metri cauſâ.) לֵאלֹהִים *ad Deum.* Pſ.42.3. כֵּאלֹהִים *ſicut Deus.* Pſ.77.4. In Regimine facit אֱלֹהֵי *Deus*, לֵאלֹהֵי *Deo*, מֵאֱלֹהֵי *à Deo.* Cum Affixis excluſo יִם. R.105. facit אֱלֹהַי (& in pauſa אֱלֹהָי) *Deus mi, meus.* מֵאֱלֹהַי *à Deo meo*, לֵאלֹהַי *Deo meo*, וֵאלֹהַי *& Deus mi, meus*, וּבֵאלֹהַי *& in Deo meo.* אֱלֹהֵינוּ *Deus noſter*, לֵאלֹהֵינוּ וֵאלֹהֵינוּ *et Deus noſter*, *Deo noſtro.* אֱלֹהֶיךָ *Deus tuus* maſc. אֱלֹהַיִךְ *Deus tuus* fœm. Pſal.146.10. אֱלֹהָיו *Deus ejus*, אֱלֹהֵיכֶם *veſter*, אֱלֹהֵיהֶם *illorum.* Cæterùm, etymon hujus vocis eſt incertum; nulla enim ejus radix verbalis apud Hebræos ex-

tat: nisi fortè velis ex Arabico أَلَهَ
אֱלָהּ (aliha) *colere, servire, adorare*; Deus enim summus, solus religiosè colendus & adorandus est.

138 סֶלָה Sé-la.] Vox hæc 71 vicibus legitur in Psalmis, & ter in Habbakuk. Quid significet, valdè incertum est. Sit conjectura. A סָלַל *exaltavit, elevavit, viam lapidibus stravit* ut emineat; fit סֶל *exaltatio, elevatio*, & cum ה adverbiali (gestat enim accentum in penult.) סֶלָה *in exaltatione, altè*: quia vox cantoris ibi erat elevanda, (unde forsitan in Musica, *Sol, La.*) & simul notanda quædam *exaggeratio* eorum quæ dicta sunt. q.d. *Nota benè, Considera hoc*, &c. V. G. h. l. *Multi dicunt animæ meæ, nulla prorsus salus ei, per Deum*, vel *in Deo! Sela*. Considera hoc, quàm deploranda est mea calamitas, quòd etiam Dei erga me paternam ejus providentiam & miserationem prorsus denegarit! Verisimile etiam est eos, cum ad *Sela* perventum fuerat, pulsasse organa: nam ferè semper in illis psalmis occurrit, quæ nomine מִזְמוֹר prænotantur. Targum לְעָלְמִין *in æternum*. LXX. διάψαλμα, (à διαψάλλω *percino*) quæ vox Suidæ* est μέλους ἐναλλαγὴ *carminis vel metri mutatio*. In Vulgata versione nullibi reperitur.

Vers. 4.

139 מָגֵן Ma-ghén] *clypeus*. LXX. ἀντιλήπτωρ μου *susceptor meus*, h.e. protector, defensor. A גָּנַן *texit, protexit*. Nomen defectivum Heemanthic. מָגֵן *clypeus, scutum*, quo corpus tegitur & defenditur. וּמָגֵן *& clypeus*. Ps. 84. 12.

140 בַּעֲדִי Ba-yadhí] *circa me*. A עָדָה *transiit*, fit עַד *Ad, Usque, donec*. Et in forma Regiminis, עֲדֵי *usque* Ps. 83. 18. Amat Affixa Nominum pluralium, R. 101. ideóque facit עָדֶיךָ *usque ad te*. Ps. 65. 3. Cum Præfixo ב, בְּעַד *in, pro, circa*. quod cum Affixis mutat (-) in (:) compositum (-:) R. 121. & punctuat præcedentem, R. 13. facítque בַּעֲדִי *circa* vel *pro me*. *Et nox est lux* בַּעֲדֵנִי *circa me*. Ps. 139. 11. LXX ἐν τῇ τρυφῇ μου *in deliciis meis*.) Fortè legerunt בְּעֶדְנִי, à עֵדֶן *voluptas, deliciæ*.) בַּעֲדוֹ *pro eo*.

141 כְּבוֹדִי Kebho-dhí] *gloria mea*. i. e. qui me honorabilem & gloriosum reddis. A כָּבַד *gravis fuit*, fit Nom. masc. כָּבוֹד *gloria, honor*, q. gravitas. Sumitur etiam pro *hominis anima*, quæ corporis est decor majestásque. Cum Præfix. וְכָבוֹד *& gloria*, הַכָּבוֹד *illius gloriæ*, בְּכָבוֹד *in gloria*. In Regimine & Affixione mutato (ָ) in (:) R. 114. facit כְּבוֹד אֵל *gloriam Dei*. Ps. 19. 2. וּכְבוֹד *& gloria*. כְּבוֹדִי *gloria mea*, It. *lingua mea*, sive *anima mea*. Ps. 17. 9. וּכְבוֹדִי *& gloria mea*. *Habitaculum* כְּבוֹדֶךָ *gloriæ tuæ*. Ps. 26. 8. וּכְבוֹדֶךָ *& gloriam tuam*. כְּבוֹדוֹ *gloria ejus*, בִּכְבוֹדוֹ *in gloria sua*. Ps. 102. 17. (ubi in ב omittitur dagesh lene post (:) quiesc. quoniam hoc (:) profectum est ex (ָ) R. 17.)

142 וּמֵרִים U-me-rím] *& extollens*. A רוּם *altum, elatum, evectum esse*. Part. Hiph. excluso ו & compensato per (ֵ) מֵרִים R. 58. ו *Et*, ante Labialem.

143 רֹאשִׁי Ro-shí] *caput meum*. Nom. masc. genere רֹאשׁ *caput, initium, principium* cujuslibet rei. *Summitas, cacumen, vertex*. Ps. 119. 160. רֹאשׁ *caput verbi tui veritas*. Targ. שֵׁרוּי *initium*. Ps. 137. 6. *Jerusalem* עַל־רֹאשׁ *super caput lætitiæ meæ*. Targ. שֵׁרוּי *initium*. Psal. 141. 5. *Oleum* רֹאשׁ *capitis*, i. e. præstans. Cum Præfixis, הָרֹאשׁ *ipsum caput*, לְרֹאשׁ *in caput*, בְּרֹאשׁ *in capite*, i.e.

i. e. summitate. Ps.76.16. Cum Affixis, רֹאשִׁי *caput meum*, לְרֹאשִׁי *in caput meum*. לְרֹאשֵׁנוּ *in caput nostrum*, לרֹאשׁוֹ *in caput ejus*, בְּרֹאשׁוֹ *in capite ejus*. רָאשָׁם *caput eorum*.

Vers.5.

144 קוֹלִי Ko-lí] *Voce meâ*. cum ellipsi ב, pro בְּקוֹלִי Nom. masc. cum plurali fœmin. קוֹל *Vox, sonus*. Comprehendit omnes sonos, etiam *tonitru*, quod Græcis est φωνὴ Διὸς, *vox Jovis*. Cum Præfix. מִקּוֹל *à voce*, וְקוֹל *& voce*, Ps.98. 5. בְּקוֹל *in voce*, לְקוֹל *ad vocem, voci*. Cum Affix. קוֹלִי *vox mea*, בְּקוֹלִי *voce mea*, לְקוֹלִי *ad vocem meam*. (& cum defectu ו) קֹלוֹ *vocem suam*, Ps.18.14. בְּקֹלוֹ *in vocem ejus*, Ps.95.7. בְּקוֹלוֹ *vocem suam*. Ps.46.7. קוֹלָם *vox eorum*. In plur. fœmin. cum Præfixo, מִקֹּלוֹת *à sono*, Ps.93.4.

145 אֶקְרָא Ek-rá] *clamabo*, Targ. אֲצַלֵּי *orabo*. A קָרָא nomine aut verbis *vocavit, invocavit*, voce significativâ, & conceptis verbis *clamavit, inclamavit*. Fut.kal, in quo א quiescit in (ָ) R.64. Flectitúrque in Psalmis sic: אֶקְרָא *invocabo*, אֶקְרָאֶךָ *inclamabo te*. Ps.86. 7. יִקְרָא *clamabit*. It. *nominabit*. Ps. 147.4. יִקְרָאֵנִי *vocabit me*, Ps.89.27. וַיִּקְרָא *& inclamavit*, Ps. 50.1. (cum ו conversivo Futuri, R.79.) נִקְרָא *invocabimus*, Ps. 80. 19. יִקְרָאוּ *clamabunt*, Ps.147.9. (cum (ָ) loco (:) ob pausam Sylluk. R.132.) יִקְרָאֻהוּ *invocabunt ipsum*, Ps.145.18. cum (ֻ) loco ו, R.107.

146 וַיַּעֲנֵנִי Vaj-ja-ɣané-ni] *& exaudivit me*. Targ. *& recepit orationem meam*. Ubi nota, divinæ opis celeritatem, descriptam esse per *vocabo* in futuro, & *respondit* vel *exaudivit* in Præterito, Cajetan. A עָנָה *incipere loqui, resonare, respondere*, verbo vel reipsa, *exaudire, petitionem implere*. It. *humiliare, affligi*, quòd fortassis tali viro opus sit aliorum responsione & auxilio. Futur. kal, quod in Psalmis flectitur sic: *Priusquam* אֶעֱנֶה *loquerer*, (Targ. אִסְתַּגַּף *affligerer*) *ego errabam*. Ps.119.67. וְאֶעֱנֶה *& respondebo*, Ps. 119. 42. תַּעֲנֶה *respondebis*, Ps. 22.3. (Formationem horum pete suprà ex Num.34.) Cum Affixis, ה radicale tollitur, R. 103. facítque אֶעֶנְךָ *respondebo tibi*, Ps.81.8. (pro analogo אֶעֱנֶךָ ubi sublato ה radicali, Sheva compositum (ֱ) amittit suum (:) ob sequens (:) R.15. וְאֶעֱנֵהוּ *& respondebo ei*, Ps.91.15. תַּעֲנֵנִי *exaudies me*. תַּעֲנֵנוּ *proloquêris nobis*, Ps. 65.6. וַתַּעֲנֵנִי *& respondisti mihi*, Ps. 119.26. cum ו conversivo Futuri, R.79. יַעֲנֵנִי *exaudiet me*, & cum ו conversivo, R. 79. וַיַּעֲנֵנִי *& respondit mihi*. יַעֲנֵנוּ *exaudiet nos*, יַעַנְךָ *exaudiet te*, Ps.20.2. (ubi (ֲ) sub ע amittit suum (:) ob sequens (:) R.15.) יַעֲנֵם *exaudiet eos*, וַיַּעֲנֵם *& respondebit eis*. In tertia pers. fœmin. apocopato ה, R.67. תַּעַן *resonabit lingua mea*, Ps.119.172. pro תַּעֲנֶה, ubi ob (:) subintellectum sub ן, (ֲ) amittit suum (:) R.15.

147 מֵהַר Me-hár] *ex monte* sanctitatis suæ. Targ. *de monte domus sanctuarii sui*, intelligit montem Moriæ, in quo Templum ædificatum fuit à Salomone, quod David Prophetico spiritu jam prospiciebat. הַר vide suprà Num. 84. Cum Præfixis, מֵהַר *ex monte*, (ubi מ ante indageshabilem cum (ֵ) R.74. הָהָר *ille mons*, Ps.68.17. (ubi postremum (ָ) est ob accentum Rebia. R.131.) כְּהַר *sicut mons*, בְּהַר *in monte*, לְהַר *ad montem*. Cum Affixo, הַרְכֶם (in) *montem vestrum*, Ps.11.1.

In

In plurali ſcribitur cum (ּ) ad compenſandum defectum דגש dageſh. R. 125. confer cum R. 19. facitque הָרִים *montes*, quod aliquando notat res altas & excellentes, Pſal. 18. 8. *Fundamenta* הָרִים *montium commovebuntur*, pro quo 2 Sam. 22. 8. habetur, שָׁמַיִם *cœlorum*. Cum ה Emphat. הֶהָרִים *ipſi montes*, Pſal. 114. 4. (ubi ה geſtat (ֶ) pro (-) ante gutturalem kametſatam, R.109.) Et excluſo ה R. 81. בֶּהָרִים *in iſtos montes*, Pſal. 104. 32.

148 In fine hujus verſus iterum ponitur סֶלָה (de quo dictum Num. 138.) q. d. *Nota benè*. Nam de divino auxilio obtinendo, tanta fiducia erat Davidis, ut cum orare proponeret, jam ſe exauditum crederet.

Verſ.6.

149 שָׁכַבְתִּי Sha-chábh-ti] *accubui*. Targ. *ego requievi*. A שָׁכַב *cubuit*, *procubuit*, *accubuit*, dicitur de quacunq; cubatione hominis. Præt. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: Pſal. 41. 9. *Et qui* שָׁכַב *decumbit, non addet ſurgere*, Targ. מְרַע *ægrotat*. שָׁכַבְתִּי *cubavi*.

150 וָאִישָׁנָה Va-i-ſhá-na] *et dormivi*. A יָשַׁן *dormivit*, *ſoporatus fuit*. Fut. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: אִישַׁן *dormiam*(ubi prima radical. (י) quieſcit in (ִ) R. 55. וְאִישַׁן *et dormiam*, Pſal. 4. 9. cum (ּ) ob pauſam. וָאִישָׁנָה *et dormivi*, eſt cum ה parag. R.102. & ו converſivo Futuri, quod geſtat (ָ) ante gutturalem. R. 79. תִּישַׁן *dormies*, יִישָׁן *dormiet*. Pſal. 121. 4. cum (ּ) ob pauſam R. 131.

151 הֱקִיצוֹתִי Heki-tſó-thi] *evigilavi*, Targ. אִתְּעָרַת *expergefactus fui*. A קוּץ קוּץ in Hiph. abjectâ mediâ radicali, R. 58. הֵקִיץ *evigilavit*, *expergefactus fuit*. In prima perſ. aſſumpto ו ante תִי R. 62. הֱקִיצוֹתִי mutato (ֵ) in (:)in Sheva compoſit.(ֱ) R.116.

152 יִסְמְכֵנִי Jis-meché-ni] *ſuſtentabit me*. A סָמַךְ *ſuſtentavit*, *ſtabilivit*, *fulcivit*. Fut. Kal, quod in Pſalm. legitur tantùm cum Affixis, תִּסְמְכֵנִי *ſuſtentabis me*, Pſal. 51. 14. יִסְמְכֵנִי *ſuffulciet me*. Ubi ob Affixa, ו (quod eſt punctum terminale Futuri Kal) tranſit in (:) R. 119.

Verſ. 7.

153 אִירָא J-rá] *timebo*. A יָרֵא *timuit*, *reveritus eſt*. Fut. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: אִירָא *timebo*,(ubi (י) quieſcit in (ִ) R. 55. & א in (ּ) R, 64.) *Ne* תִּירָא *timeas, ſi quis diteſcat*, Pſ. 49. 17. i. e. ne cures. יִירָא *timebit*. נִירָא *timebimus*. יִירְאוּ *timebunt*, וְיִירְאוּ *et timebunt*. Et in pauſa, יִירָאוּ *timebunt*, Pſ. 64. 5. וְיִירָאוּ *& timebunt*, Pſal. 40. 4.

154 מֵרִבְבוֹת Me-ribh-bhóth] *à myriadibus*, ingentem numerum denotat, ſicut Latinis *ſexcenta*, numerus finitus pro indefinito. A רָבַב *multiplicavit*, Nom. fœm. רְבָבָה *myrias*, multitudo decem millium. וּרְבָבָה *et myrias*, Pſal. 91. 7. In plur. facit רְבָבוֹת Et in Regim. correpto (ּ) in (:) R. 114. et verſo priori (:) in (ִ) R. 6. fit רִבְבוֹת At quædam exemplaria habent רִבֲבוֹת cum (ֲ), quod ſub non gutturalibus, eſt tantùm adventitium. Cum Præfixo, מֵרִבְבוֹת Targ. מִמַּצּוּתָא דְעַמְּא *à lite populorum*, (reſpexit ad רוב *litigatus, rixatus fuit*.)

155 עָם Ϥám *populi*.] Vide infrà Num. 167.

156 סָבִיב Sa-bhíbh] *circumquaque*. A

A סָבַב *circumdedit*, fit סָבִיב *circuitus*, propriè est Nomen. Vide infrà, Num. 771. sumitur etiam adverbialiter, pro *circa*, *circum*, *circumquaque*, *circumcirca*, Psal. 12. 9. et cum Præfixo, מִסָּבִיב *ex circuitu*, *undiquaque*, Psal. 31. 14.

157 שָׁתוּ Shá-thu] *posuerunt* contra me. i. e. aciem adversus me instruxerunt, Targ. אִתְכְּנָשׁוּ *congregati sunt*. A שׁוּת *ponere*, quod constructum cum עַל est hostile, *castra ponere*, Præt. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: שָׁת *posuit*, abjectâ secundâ radicali ו R. 58. desinit in (ָ) R. 59. שָׁתוּ *posuerunt*. Et resoluto (ָ) in (-) et dagesh, שַׁתּוּ *posuerunt*, Psal. 73. 9. *positi sunt*, Psal. 49. 15. quasi esset à שָׁתַת

Vers. 8.

158 קוּמָה Ku-má] *Surge*. A קוּם *surgere*, (quod est Infinit. Kal, unde בְּקוּם *in surgendo*, Psal. 124. 2. i. e. quando surgit.) Imperat. Kal, cum ה parag. קוּמָה *surge*, habet vim excitativam. וְקוּמָה & *surge*, subitò adsis, Psal. 35. 2.

159 הוֹשִׁיעֵנִי Ho-shi-yé-ni] *Salvum fac me*, Targ. פְּרוֹק יָתִי *redime me*. A יָשַׁע quod in Hiph. mutato (י) in ו R. 57. facit הוֹשִׁיעַ *salvavit*, *servavit*, à præsentissimo periculo *eripuit*, *auxiliatus fuit*. Imper. Hiph. quod in Psalm. in secunda pers. flectitur sic, הוֹשִׁיעַ & contractè הוֹשַׁע *salva*, Psal. 86. 2. Cum ה parag. הוֹשִׁיעָה *salutem affer*, Psal. 12. 2. וְהוֹשִׁיעָה & *salutem fer*, Psal. 86. 16. Cum Affixis, הוֹשִׁיעֵנִי *salva me*, וְהוֹשִׁיעֵנִי *et salva me*. הוֹשִׁיעֵנוּ *salva nos*.

160 הִכִּיתָ Hic-kí-tha] *percussisti*. A נָכָה quod in Hiph. absorpto נ per dagesh, R. 69. facit הִכָּה *percussit*, *feriit*, *cæcidit*. Præt. Hiph. quod in Psalm. flectitur sic: הִכָּה *percussit*, Psal. 78. 20. Cum Præfixo, שֶׁהִכָּה *qui percussit*, Psalm. 135. 8. (ubi שֶׁ ex אֲשֶׁר R. 75.) הִכִּיתָ *percussisti*, Psal. 69. 27.) ubi tertia radical. ה mutatur in (י) quiescens. R. 66.

161 אֹיְבַי O-jebháj] *inimicos meos*, Targ. כָּל־בַּעֲלֵי דְבָבִי *omnes auctores inimicitiæ meæ*. Ab אָיַב *inimicatus est*, *odit*. Nomen participiale Kal, אוֹיֵב (et absque ו, אֹיֵב) *inimicus*, q. inimicans, *osor*. Cum præfixo, הָאוֹיֵב *ô inimice*, Psal. 9. 7. (ubi ה est nota Vocativi, R. 33.) Cum Affixis, & in plur. num. mutato (..) in (:) R. 117. facit אֹיְבִי *inimicus meus*, מֵאֹיְבִי *ab inimico meo*. In plur. אֹיְבִים *inimici*, בְּאוֹיְבִים *in inimicos*. מֵאֹיְבִים *ab inimicis*. In Regim. אֹיְבֵי *inimici regis*, Ps. 45. 6. וְאֹיְבֵי *et inimici*. Cum Affixis, אֹיְבַי *et* אוֹיְבַי & *inimici mei*, מֵאֹיְבַי *ab inimicis meis*. וְאֹיְבַי & *inimici mei*, Psal. 18. 41. i. e. quod inimicos meos attinet. R. 130. not. וּבְאֹיְבַי & *in inimicos meos*. אֹיְבֶיךָ & אוֹיְבֶיךָ *inimici tui*. וְאֹיְבָיו & אֹיְבָיו אוֹיְבָיו *inimici ejus*. וְאֹיְבֵינוּ & *inimici nostri*. אֹיְבֵיהֶם *inimicos eorum*.

162 לֶחִי Lé-hhi.] *maxillâ* in ignominiam. *Percutere maxillâ*, fuit signum ignominiæ, ut videre est in Historia Samsonis. Aut *in maxillam*, quasi בַּלֶּחִי Ab inusitato לָחָה fit לְחִי *maxilla*, *mandibula*, *gena*. Legitur in Psalmis hoc loco tantùm, לֶחִי in pausa cum (ֶ) loco (:) R. 132. Targ. לְסַ֫תְהוֹן *genas ipsorum*. LXX. *Percussisti adversantes mihi* ματαίως *sine causa*, fortè per Apocopen legerunt לְחִנָּם

לְחִנָּם *gratis, sine causa* : sicq; hæc verba *sine causa*, non sunt jungenda cum *percussisti*, sed cum *adversantes mihi*. Potest etiam legi, *μάθνας*, h. e. *maxillas*.

שִׁנֵּי Shin-né] *dentes*. A שָׁנַן *acuit*,
163 fit nom. commun. gen. שֵׁן *dens*, quòd dens sit acutus. Habet formam dualem, ob duplicem seriem dentium : facítq; שִׁנַּיִם *dentes*, mutato (‥) in (·) & impresso dagesh. R. 125. In Regimine, converso יִם - in ·· י R. 34. שִׁנֵּי *dentes*. Cum Affix. שִׁנָּיו *dentibus suis*, שִׁנֵּימוֹ & שִׁנֵּיהֶם *dentibus eorum*. לְשִׁנֵּיהֶם *dentium eorum*, Ps. 124. 6.

שִׁבַּרְתָּ Shib-bár-ta] *penitus effre-*
164 *gisti*. A שָׁבַר *fregit, rupit*. Præt. Pihel שִׁבֵּר *confregit*, auget sensum à Kal, ob dagesh : flectitúrq; in Psalm. h. in. שִׁבַּר *fregit*, Ps. 76. 4. cum (-) loco (‥) R. 108. שִׁבַּרְתָּ *confregisti*, Ps. 74. 13.

Vers. 9.

165 לַיהוָה JEHOVÆ scil. est, vel *Ad Jehovam* scil. pertinet, vel *A Jehova est*, nam articulus ל, hæc omnia importat. Ab Hebræis vulgò legitur לַאדֹנָי *Ladonai*, quoniam eandem punctionem sortiuntur. Targ. *A facie Domini redemptio*. De voce יְהוָה dictum est suprà Num. 16. hîc perpendenda est cum Præfixis, מֵיְהוָה *à Jehova*, Ps. 33. 8. ad formam מֵאֲדֹנָי R. 74. שֶׁיְהוָה *cujus Jehova*, Psal. 144. 15. omisso dagesh in (י) ad formam שֶׁאֲדֹנָי Et sic consequenter cum literis וכלב imitatur punctationem Nominis אֲדֹנָי R. 82. וַיהוָה *et Jehova*, Ps. 9. 8. כַּיהוָה *sicut Jehova*, Psal. 113. 5. לַיהוָה *Jehovæ*. בַּיהוָה *in Jehova*, Ps. 34. 3. וּבַיהוָה *& in Jehova*. Ps. 26. 1. Semel legitur וְלַיהוִה *& Jehovæ*, Ps. 68. 21. ad
16 formam לֵאלֹהִים R. 82.

הַיְשׁוּעָה Ha-jeshu-yá] *ipsa salus*. יְשׁוּעָה *salus*, Vide suprà Num. 135. Cum ה Emphat. esset הַיְשׁוּעָה R. 76. at dagesh ex (י) shevato tollitur, R. 20. sicque (:) sub litera suâ naturâ dageshanda legitur. R. 5. Cum Præfixis ו & ל, (:) sub (י) excluditur, quoniam istæ literæ gestant (·) profectum ex (:) R. 8. facitque וִישׁוּעָה *& salutis*, Ps. 118. 15. לִישׁוּעָה *in salutem*, Ps. 118. 14. In Regimine facit יְשׁוּעַת *salutem* Israeli, Ps. 14. 7. et cum (ׅ) loco ו R. 107. יְשֻׁעַת *salutem*, Psal. 53. 8. Cum Affixo, לִישׁוּעָתְךָ *ad salutem tuam*, Ps. 119. 166. et in pausa, לִישׁוּעָתֶךָ Psal.
167 119. 123.

עַמְּךָ Yam-mechá] *populum tuum*. A עָמַם *texit, operuit*. Nom. masc. עַם *populus*, multitudo hominum terram tegens & operiens. עַם *populus Dei Abraham*, Psal. 47. 10. LXX. *cum Deo Abraham* legerunt עִם *cum*. Cum Accentibus Regiis facit עָם Psal. 3. 7. Cum Præfixis, מֵעָם *è populo*, Ps. 89. 20. לְעָם *populo*, בְּעָם *in populo*, וְעָם *& populus*, הָעָם *populus ille*, Psal. 33. 12. Et excluso ה Emphat. לָעָם *huic populo*, Ps. 68. 36. בָּעָם *in hoc populo*, Psal. 94. 8. Cum Affixis & plurali numero assumit dagesh, ad compensandum defectum literæ absentis, R. 125. facítq; עַמִּי *populus meus*, עַמְּךָ *populus tuus*, וְעַמְּךָ *& populus tuus*. *Oblivíscere* עַמֵּךְ *populi tui*. fœm. Psal. 45. 11. עַמּוֹ *populus ejus*, בְּעַמּוֹ לְעַמּוֹ *populo suo*, *in populum suum*. In plur. עַמִּים *populi*, הָעַמִּים וְעַמִּים *& populi*, *isti populi*. Et excluso ה Emphat. בָּעַמִּים *inter istos populos*, Ps. 9. 12

בִּרְכָתֶךָ

168 בִּרְכָתֶךָ Bir-ca-thé-cha] *benedictio tua.* A בָּרַךְ *benedixit*, quod cum Deo tribuitur, significat *benefacere, bona conferre.* Nom.fœm. בְּרָכָה *benedictio*, copia & abundantia omnis boni. Cum Præfix. אֶת־הַבְּרָכָה *ipsam benedictionem*, Pſ.133.3. לִבְרָכָה *in benedictionem*, Pſ.37.26. בִּבְרָכָה *in benedictione*, Pſ.109.17. in quibus ב & ל notantur cum (.) ob ſequens (:) R.6. In Regimine, converso ה in ת, & (ָ) in (:) R.114. ex priori (:) fit (ִ) R.6. facit בִּרְכַּת *benedictio Jehovæ*, Pſ.129.8. Et ſic cum Affixo, בִּרְכָתֶךָ *benedictio tua.* In plur. abſoluto facit בְּרָכוֹת *benedictiones*, Pſ. 21.7. In conſtructo mutato (ָ) in (:) ut antè, בִּרְכוֹת *benedictiones boni*, Pſ.21.4.

¶ Hic tertiâ vice occurrit סֶלָה, & quoniam claudit Pſalmum, inde conſtat non eſſe exordium alterius rhythmi aut ſententiæ, &c. ſed potiùs denotare vocis ſimul & mentis elevationem in Deum, cum perpenſione eorum quæ dicta fuerant. *O exuberantiam bonitatis Dei! &c.* Imò & Aben Eſræ ſententia hîc locum habere poteſt, quòd nimirum ſit particula confirmans dictorum veritatem, *Verè, profectè, Amen.*

PSALMUS IV. ד

169 לַמְנַצֵּחַ Lá-menats-tſéahh] *Archimuſico.* A נָצַח *Vicit, Vrſit, Præfuit.* Nomen Participiale Pihel. מְנַצֵּחַ *Vincens, Victor, Præfectus, Præcentor*; cui cura eſt de re muſica, inſtàtque ut ad finem debitum perducatur. לַמְנַצֵּחַ *præfecto* ſc: cantorum, ad cujus imperium Pſalmi decantabantur. Occurrit in Pſalm. 35. vicibus. Eſtque in forma emphatica לַמְנַצֵּחַ pro לְהַמְנַצֵּחַ ſed ל excludit ה Emphat. R.80. & dageſh ex litera ſchevata tollitur, R.20. cujus vicem Methegh ſupplere ſolet. R.133. ideóque ſæpius ſcribitur לַֽמְנַצֵּחַ cum Methegh. Pſ.5. & 6. &c. atque ſic hoc (:) eſt mobile. R.5. LXX. εἰς τὸ τέλος, *in finem*, ſcil: Præfecto illi, qui alios ad opera provocat, & urget ut finem faciant.

170 בִּנְגִינוֹת Bin-ghi-noth] *in inſtrumentis pulſatilibus.* LXX. ἐν ὕμνοις *in carminibus.* A נָגַן manu *pulſavit* aliquod inſtrumentum muſicum, Nom. fœm. נְגִינָה *pulſatio fidium, muſica modulatio, ſymphonia.* Et alia forma עַל־נְגִינַת *ſuper pulſatione fidium*, Pſ. 61.1. Cum Affixo, *Recordabor* נְגִינָתִי *pulſationis meæ*, Pſ.77.7. i. e. muſicæ meæ. In plur. נְגִינוֹת, Cum Præfix. וּנְגִינוֹת *& cantica*, vel carmina muſica loquentur, *bibentis ſiceram*, Pſ.69.13. בִּנְגִינוֹת *in pulſationibus fidium.* Pſal. 6. 1.

Verſ.2.

171 בְּקָרְאִי Bekor-í] *In clamando me* i. e. dum clamo. Targ. *In tempore, orationis meæ.* A קָרָא ſuprà Num. 145. Infinit. Kal, qui regulariter eſſet קְרֹא At cum Affixis, prima radical. ſuſcipit (ָ) & ſecunda (:) R.98. facítque קָרְאֵנוּ *clamare nos*, i.e. dum clamamus, Pſ.20.10. Et cum Præfixo, בְּקָרְאִי *in invocando me*, i e. dum invoco. Pſ.4.4. ubi ב efficit Gerundium in Do. R.41.

172 עֲנֵנִי ʋané-ni] *exaudi me.* Targ. *Recipe me Deus juſtitiæ meæ*, LXX. *Cum invocarem* εἰσήκουσέ μου *exaudivit me.* Legerunt in Præterito עָנָנִי *exaudivit me.* A עָנָה ſuprà N.146. Imperat. Kal, עֲנֵה *exaudi*, ubi ה quieſcit in (ֵ) R.65. & gutturalis aſſumit (ֲ) R.13. Cum Affix. ה radicale tollitur,

R. 103. facítque עֲנֵנִי *reſponde mihi,* וַעֲנֵנִי *& exaudi me.* Pſ.27.8. Et cum ו loco (ִי) וַעֲנֵנוּ Pſ.60.7.

173 צִדְקִי Tſidh-kí] (Deus) *juſtitiæ meæ,* i. e largitor meæ juſtitiæ & ſanctitatis. A צָדַק *juſtificavit.* Nom. maſc. צֶדֶק *juſtitia,* de ſermone, *firmitas, veritas, fidelitas. Feci judicium* וָצֶדֶק *& juſtitiam.* Pſ.119. 121. (ubi ו ante Athnach geſtat (ָ) R.78.) בְּצֶדֶק *in juſtitia.* Cum Affix. mutat utrumque (ֶ) in (ְ) R.122. & prius (ְ) in (ִ) R.6. facítque צִדְקִי *juſtitia mea.* כְּצִדְקִי *ſecundùm juſtitiam meam.* צִדְקְךָ *juſtitia tua,* כְּצִדְקְךָ *ſecundùm juſtitiam tuam.* צִדְקוֹ *juſtitia ejus,* כְּצִדְקוֹ *ſecundùm juſtitiam ejus.*

174 הִרְחַבְתָּ לִּי Hir-hháb-tal-li] *dilatari feciſti me,* i.e. ex anguſtia liberaſti & exhilaraſti me. A רָחַב *dilatatus, ampliatus fuit,* de corde, *exhilaratus fuit,* nam in triſtitia cor contrahitur, in lætitia dilatatur. Præt. Hiphil, quod in Pſalmis flectitur ſic: הִרְחַבְתָּ *dilataſti,* הִרְחִיבוּ *dilatatæ ſunt,* Pſ.25.17. ſcil: anguſtiæ, ob multitudinem.

175 לִי *Mihi*] Pronom. Dativi caſus, R. 36. ubi ל habet dageſh dictum *Athemerahhik,* de quo vide ſuprà Num. 136. וְלִי *& mihi,* vel *meus eſt Menaſhe.* Pſ.60.9.

176 חָנֵּנִי Hhon-né-ni] *gratioſus eſto mihi.* A חָנַן *miſertus eſt, gratiam fecit, pepercit, condonavit.* Imper. Kal. Eſſétque regulariter חֲנוֹן, at ſyncopata mediâ radicali R.71. fit חוֹן Ob Affixa autem ſuſcipit dageſh, & mutat ו in (ָ) R 125. facítque חָנֵּנִי *miſerere mei,* vel *gratioſe largire mihi,* Pſ.119. 29. וְחָנֵּנִי *& miſerere mei,* חָנֵּנוּ *miſerere noſtri.* Pſ.123.3.

177 וּשְׁמַע U-ſhemáy] *& exaudi.* A שָׁמַע *audivit, exaudivit, auſcultavit,* Imper. Kal, ac in Pſalm. flectitur ſic: שְׁמַע *exaudi,* וּשְׁמַע *& audi,* (ubi ו geſtat ּו ante literam ſhevatam, R.78.) שִׁמְעָה *audi,* Pſ.17.1. (ubi ob ה paragog. R.102. (ַ) tranſit in (ְ) R.121. & prius (ְ) in (ִ) R.6.) In fœmin. שִׁמְעִי *audi filia,* Pſal.45.11. In plur. שִׁמְעוּ *audite.* Pſ.34.12.

178 תְּפִלָּתִי Tephil-la-thí] *ſupplicationem meam.* A פָּלַל de cauſa & lite *judicavit,* It. *ad judicem ſupplicavit.* Nom. fœmin. Heemanthic. תְּפִלָּה *oratio, precatio,* propriè, per mediatorem ad judicem ſupplicatio. Pſ.109.4. *Et ego* תְּפִלָּה *oratio,* i.e. orationi deditus, Targ. אֲצַלֵּי *orabo.* In Regim. תְּפִלַּת *orationem nudatiſſimi,* Pſ.102.18. בִּתְפִלַּת *in orationem populi tui,* Pſ.80.5. Cum Affix. mutato ה in ת, facit תְּפִלָּתִי *ſupplicatio mea,* וּתְפִלָּתִי *& ſupplicatio mea.* תְּפִלָּתָם *ſupplicatio eorum.* In plur. תְּפִלּוֹת *ſupplicationes, preces.* Pſ. 72.20.

Verſ.3.

179 בְּנֵי־אִישׁ Bene-íſh] *Filii viri.* LXX *Υἱοὶ ἀνθρώπων, filii hominum.* Eſt Apoſtrophe ad aulicos Saulis: nam בְּנֵי אִישׁ vocantur filii *nati viro præſtanti,* אִישׁ enim notat hominem potentem, principem illuſtrem. At בְּנֵי אָדָם ſunt *nati plebeio homine.* Nomen enim אָדָם vel אֱנוֹשׁ uſurpari ſolet, cum de miſeris & abjectis hominibus agitur. Diſcrimen hoc percipitur ex Pſ 49. 3. גַּם־בְּנֵי אָדָם גַּם־בְּנֵי אִישׁ *Etiam filii hominis, etiam filii viri,* h.e. tàm nobiles & potentes quàm pauperes & ignobiles. Et Pſ.62.10. *Verùm tamen vanitas* בְּנֵי אָדָם *filii hominis, mendacium* בְּנֵי אִישׁ *filii viri.* Tale diſcrimen etiam eſt apud Latinos inter *Virum* & *Hominem.* Vir enim à virtute, qui eâ

præ-

præstat, Hominis nomine quicunque vulgaris nuncupari consuevit. Unde verè Herodotus in Polyhymnia dixit: *Multos esse homines, paucos viros.* De formatione vocis בְּנֵי vide infrà Num. 569.

180 עַד־מָה yad-mé] *Usque quo.* עַד est particula interrogativa temporis, Vide suprà Num. 140. מָה Pronomen Interrogativ. Suprà Num. 50.

181 לִכְלִמָּה Lich-lím-ma] *in ignominiam* scil: erit. LXX *πότε βαρυκάρδιοι; ἱνατί. Usquequo gravi corde! quare.* Pro כְּבוֹדִי *gloria mea*, legerunt כִּבְדֵי *graves*, & לִכְלִמָּה acceperunt pro duabus dictionibus, commutato כ in ב, לֵב לָמָּה *corde, ut quid.* A כָּלַם in Niph. נִכְלַם *pudefactus, confusus fuit, puduit, erubuit.* Nom. fœm. כְּלִמָּה *ignominia, pudor, vituperium, dedecus.* (unde forsitan Latinum *Calumnia.*) Cum Præfix. וּכְלִמָּה *& ignominia*, לִכְלִמָּה *in vituperium*, (ubi ל cum (.) ob sequens (:) R. 6. Cum Affix. mutato ה in ת, R. 104. כְּלִמָּתִי *ignominia mea*, וּכְלִמָּתִי *& ignominia mea.* Semper autem nomen hoc, gestat dagesh euphonicum in tertia radicali.

182 תֶּאֱהָבוּן Te-ehá-bhun] *diligetis.* Ab אָהַב *dilexit* (antitheton est verbo שָׂנֵא *odio habuit.*) quod dupliciter formatur in Fut. Kal, cum א quiescente in ו R. 53. וָאֹהֲבֵם *& dilexi ea.* Ps. 119. 167. (ex אֹהַב *diligam*, ubi propter Affixum ם.., (..) mutatur in sheva compositum (-:) R. 117. cum ו conversivo, R. 79. Et cum א mobili, וַיֶּאֱהַב *& dilexit*, Ps. 109. 17. (cum ו conversivo) תֶּאֱהָבוּן *diligetis*, cum ן paragogico, quod secundæ radicali substernit (.) R. 102. n. 5. in quibus duobus, prima radical. accipit (..) quod punctuat præcedentem cum (..) R. 13.

183 תְּבַקְשׁוּ Tebak-keshú] *studiosè quæretis.* Hæc est lectio Stephani, aliæ editiones habent sine dagesh, תְּבַקְשׁוּ A בִּקֵּשׁ in Pih, בִּקֵּשׁ *quæsivit, studiosè requisivit*, (ubi dagesh significationem intendit.) In secunda pers. Plur. Fut. Pih. תְּבַקְשׁוּ Cætera quæ hîc desiderantur vide infrà Num. 1142.

184 כָּזָב Ca-zábh] *mendacium.* A כָּזַב *mentitus est*, Nom. masc. כָּזָב *mendacium.* Ps. 62. 10. כָּזָב *mendacium sunt filii viri*, i.e. res inconstans sicut halitus.

¶ Hîc sub finem istius versus ponitur סֶלָה ut eo magis obstinatus animus inimicorum ostendatur: Unde Targ. *quæretis mendacium in æternum!*

Vers. 4.

185 וּדְעוּ U-dheyú] *Et scitote.* Vel, *Quin potiùs scitote*, ita ut ו habeat vim adverbii eligendi. A יָדַע (suprà num. 47) Imperat. Kal, & abjectâ primâ radicali (י) R. 54. flectitur sic in Psalmis: וְדַע *& scito*, Ps. 139. 23. דְּעוּ *scitote*, Psal. 100. 3. וּדְעוּ *& scitote*, Ps. 46. 11. (ubi ו ante literam shevatam gestat ו R. 78.)

186 הִפְלָה Hiph-lá] *selegit.* Targ. פָּרַשׁ *separavit.* A פָּלָה quod non est in usu in Kal, sed in Hiph. Præt. הִפְלָה (ubi ה quiescit in (.) R. 65) *divisit, signo aliquo excellenti separavit.* Unde LXX *ἐθαυμάστευσε mirificavit*, insignem & celebrem fecit.

187 חָסִיד לוֹ Hha-sidh ló] *pium sibi*, cui benè vult. Targ. *misericordem sibi*, ubi Relativum לוֹ *sibi*, est in dandi casu, h.e. in sui gloriam & clientelam. LXX. *τὸν ὅσιον αὐτοῦ, sanctum suum.* Nomen radicale חָסִיד *pius, probus, benignus, beneficus*, qui alteri benefacit. Et relatum ad Deum, significat *eum qui à Deo beneficium accepit*, cui Deus benè facit.

facit. Pſ.145.17. וְחָסִיד *& beneficus in omnibus operibus ſuis*, Deo tribuitur, qui propenſus eſt ad largiendum. Cum Affix. mutat (ׇ) in (ֲ) R.114. facit חֲסִידֶיךָ *benignum tuum*, Pſ 16. 10. i.e. quem benignitate proſequeris (ubi (י) redundat, ut notatum eſt in margine textus.) לַחֲסִידֶךָ *ſancto tuo*, Pſ.89.20. In plurali, *In congregatione* חֲסִידִים *ſanctorum*, Pſ.149. 1. Cum Affixis, *Congregate mihi* חֲסִידָי *beneficos meos*, Pſ.50.5. i.e. quos benevolentiâ proſequor. חֲסִידֶיךָ (coram) *beneficis tuis*, Pſ.52.11. וַחֲסִידֶיךָ *& benefici tui*, Pſ.132.9. וַחֲסִידֶיהָ *& beneficos ejus*, Pſ. 132.16. *Pſallite Jehovæ* חֲסִידָיו *pii ejus*, Pſ.30.5. qui ejus bonitatem experti eſtis. *Non derelinquet* אֶת־חֲסִידָיו *beneficos ſuos*, Pſ.37.28. quos benevolentiâ proſequitur. *Mors* לַחֲסִידָיו *ſanctorum ejus*, Pſ.116.15.

188 יִשְׁמַע Jiſh-máy] *audiet*. A שָׁמַע *audivit, exaudivit, intellexit, obedivit, acquievit*; quæ omnia pendent ab *Audire*, ſi enim non audieris, cætera vix obſervabis. Fut.Kal, quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶשְׁמַע *audiam*, in pauſa אֶשְׁמָע *audiebam*, Pſ.81.6. i.e. intelligebam. Et cum ה parag. mutato (ֶ) in (ְ) R.122. אֶשְׁמְעָה *audiam*, Pſ.85.9. תִּשְׁמַע *audies*, יִשְׁמַע & in pauſa, יִשְׁמָע *audiet*, וַיִּשְׁמַע *& exaudivit*, Pſ.40.2. cum ו converſivo. תִּשְׁמָעוּ *audiveritis*, Pſ.95.7. cum (ָ) ob pauſam. R.132. יִשְׁמְעוּ *audient*, & in pauſa יִשְׁמָעוּ. Pſ. 115.6. תִּשְׁמַעְנָה *audient aures meæ*, Pſ.92.12. i.e. cum voluptate audient.

189 בְּקָרְאִי אֵלָיו Bekor-í elav] *in clamando me ad eum*. Vide ſuprà Num. 171.

Verſ. 5.

190 רִגְזוּ Righ-zú] *Commoveamini*. Targ. זועו מִנֵּהּ *Contremiſcite ab eo*, i.e. Deum timete. LXX. ὀργίζεσθε, *iraſcimini*, & ſic D. Paulus ad Epheſ.4.25. A רָגַז *horruit, trepidavit, tremuit*, præ metu vel irâ. (Latinè, tremor qui fit ob iram, verbo *Iraſcendi*, ob timorem, *Horrendi*, redditur.) Imperativ.plur. Kal, רִגְזוּ

191 וְאַל Veal] *& non*. אַל *ne, non*, Dehortandi & Deprecandi particula, rariùs Negandi: & ferè Futuris tantùm præponitur. Geminata, intendit deprecationem, Pſ.6.2. אַל ne in furore arguas me, וְאַל & ne in ira corripias me. Et ſic Pſ.25.2. 121.3. &c.

192 תֶּחֱטָאוּ Te-hhetá-u] *peccabitis*. A חָטָא quocunque modo *erravit*, à via vel ſcopo *aberravit, deflexit*; *peccavit, deliquit*, q. à Lege divina deviavit. Fut.Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: אֶחֱטָא *peccabo*, Pſ.119.11. (ubi א quieſcit in (ָ) R.64. & gutturalis aſſumit (ֱ) R.12.) In ſecunda plurali תֶּחֱטָאוּ *peccetis*, ubi ob accentum Tiphcha, א eſt cum (ָ) R.132.not.pro analogo תִּחְטְאוּ

193 אִמְרוּ Im-rú] *dicite*, examinate conſcientiam veſtram. Ab אָמַר Imper. Kal, אֱמֹר *dic*, Pſ.35. 3. (cum ֱ) pro (ְ) R.12.) plur. אִמְרוּ *dicite*, vel *loquimini*.

194 בִּלְבַבְכֶם Bhil-bhabh-chém] *in corde veſtro*. (LXX. *quæ dicitis in cordibus veſtris*, Legerunt pro אִמְרוּ *dicite*, אֲשֶׁר אֲמַרְתֶּם ſupplendo *quæ dixiſtis*, vel *dicitis*.) Nom. maſc. cum duplici plurali, לֵבָב *cor, animus, mens, cogitatio*, & generaliter, quælibet tandem actio quæ in corde ſedem habet, & perficitur. Metaphoricè, pro *rei medio*, ut cor eſt medium in animali. Cum Affix. mutato (ֵ) in (ְ) R. 116. facit לְבָבִי *cor meum*, וּלְבָבִי *& cor meum*, בִּלְבָבִי *in corde meo*, כִּלְבָבְךָ *ſecundùm cor tuum*. לְבָבוֹ *cor ejus*, בִּלְבָבוֹ *in corde ejus*,

ejus, בִּלְבָבָם *in corde eorum*. In Regimine, converso (..) in (:) R. 116. & (ˇ) in (-) R. 115. fit לְבַב *cor sapientiæ*, Ps. 90. 12. Unde cum Affixo Gravi, R. 96. לְבַבְכֶם *cor vestrum*, בִּלְבַבְכֶם *in corde vestro*, omisso dagesh leni in כ quoniam in Affixo כֶם nunquam ponitur, & in ב, quoniam (:) sub ל est ex (..) profectum, R. 17.

195 מִשְׁכַּבְכֶם Mish-cabh-chém] *cubili vestro*. A שָׁכַב *cubuit*, Nom. masc. Heemanth. מִשְׁכָּב *cubitus*, *accubitus*, et res super qua quis recubat, *lectus*, *cubile*. Cum Affixis Levibus, retinet (ˇ) Psal. 36. 5. *super* מִשְׁכָּבוֹ *lecto suo*. Cum Gravibus autem mutat (ˇ) in (-) R. 115. *super* מִשְׁכַּבְכֶם *cubili vestro*. Legitur in S. S. cum duplici plurali, sed in Psalm. in fœmin. tantùm, מִשְׁכָּבוֹת cum Affixo, *super* מִשְׁכְּבוֹתָם *cubilibus suis*, Psal. 149. 5. mutato (ˇ) in (:) R. 114.

196 וְדֹמּוּ Vedhóm-mu] *et silete*, desinite ab operibus vestris, arma deponite, paci studete. LXX. *in cubilibus vestris*, κατανύγητε *compungimini*. A דָּמַם *siluit*, *conticuit*, *conquievit*, est vocis & sermonis, ac facti & operis, motúsque animi. Imperat. Kal, syncopatâ mediâ radicali, R. 71. facit דוֹם pro דְּמוֹם Psal. 37. 7. דוֹם לַיהוָה *Sile Jehova*, i. e. expecta Jehovam. Et cum vox à fine crescit, assumit dagesh, R. 71. fitque Psal. 62. 6. *Ad Deum* דֹּמִּי *sile anima mea*, i. e. spera, confide. וְדֹמּוּ *et tacete*, quod Vatabl. ait esse pro Futuro, *et tacebitis*. q. d. Si perpenderitis apud vestrum animum quæ contra me jactatis desinetis malè loqui.

¶ In fine hujus versus, ponitur dictio סֶלָה éstque h. l. nota gravissimæ ac notatu dignissimæ sententiæ; unde Targum: *Dicite orationem vestram in ore vestro, & petitionem vestram in corde vestro, & orate super cubile vestrum, & mementote diei mortis semper*.

Vers. 6.

197 זִבְחוּ Zibh-hhú] *Sacrificate*. A זָבַח *pecudes mactavit*, *occidit*, (in quâ significatione ter legitur in S. S. Gen. 31. 54. *mactare* mactationem, i. e. *pecudem*, Deut. 16. 2. *mactare pasha*, Ezek. 34. 3. *mactare ovem*.) Aliâs de sacrificiis dicitur, & in Kal, semper de vero Deo, in Pihel autem de idolis usurpatur; *sacrificavit*, *immolavit*. Imper. Kal, Psal. 50. 14. זְבַח *sacrifica*, plur. זִבְחוּ *sacrificate*, Targ. *Domate concupiscentias vestras, & reputabitur vobis sicut sacrificium justitia*.

198 זִבְחֵי Zibh-hhé] *sacrificia*. זֶבַח nom. masc. *mactatio*, *animal mactatum*, *victima*; sæpius de victimis Deo immolatis usurpatur, *sacrificium*. In pausa mutato (∴) in (ˇ) R. 131. fit עֲלֵי־זָבַח *super sacrificio*, Ps. 50. 5. In plurali converso (∴) penult. in (:) R. 122. et (-) ultimo in (ˇ) R. 121. facit זְבָחִים Cum affixo, עַל־זְבָחֶיךָ *super sacrificiis tuis*, Ps. 50. 8. In Regim. correpto (ˇ) in (:) R. 114. ex priori (:) fit (·) emanátque זִבְחֵי *sacrificia justitiæ*, i. e. sacrificia justè & innocenter oblata, quibus adest pietas & justitia.

199 וּבִטְחוּ U-bhit-hhú] *& sperate*. A בָּטַח *fidit*, *confidit*, *speravit*, *confidentiam habuit*, *securus fuit*; Imper. Kal, בְּטַח *spera*, וּבְטַח *et spera*, בִּטְחוּ *sperate*, וּבִטְחוּ *& confidite*.

Vers.

Verʃ. 7.

200 יַרְאֵנוּ Jar-é-nu] *faciet videre nos*, i. e. oſtendet nobis. *Oſtendere* autem *bonum*, eſt afficere beneficiis tam perſpicuis, ut publicè cerni cognoſcique poſſint. A רָאָה *vidit*, in Hiph. הֶרְאָה *videre fecit*, *ſivit*, i. e. oſtendit, demonſtravit. Futur. Hiph. quod in Pſalm. flectitur cum Affixis tantùm, ac proinde ה radicale hîc excluditur, R. 103. אַרְאֶנּוּ *faciam videre illum in ſalutem*, Pſál. 50. 23. i. e. efficiam ut fruatur ſalute, (pro אַרְאֶהֶנּוּ, et ſic in reliquis:) וְאַרְאֵהוּ *& faciam videre illum in ſalutem meam*, Pſal. 91. 16. i. e. faciam ut fruatur ſalute meâ. יַרְאֵנִי *videre faciet me in hoſtibus meis*, Pſ. 59. 11. i. e. faciet ut aſpiciam cum lætitiâ in hoſtes meos. Targ. יְחַמְּנַנִי נִקְמְתָא *oſtendet mihi ultionem*. יַרְאֵנוּ *oſtendet nobis bonum*, i. e. ut bonis fruamur efficiet.

201 טוב Tóbh] *bonum*. טוב *bonus*, *ſuavis*, *gratus*, *pulcher*; ſed abſolutè poſitum, *bonum*, *bonitas*. Dicitur de omni bonitate, animi jucunditate, omni dote corporis, imò & de opulentia & divitiarum copia. Cum Præfixis, מִטּוֹב *à bono*, & *præ bono*, Pſ. 52. 5. וְטוֹב *& bonum*, בְּטוֹב *in bono*, לְטוֹב *in bonum*, הַטּוֹב *ipſum bonum*, & excluſo ה Emphat. בַּטּוֹב *ipſo bono*, Pſal. 103. 5. In plur. *judicia tua* טוֹבִים *bona ſunt*, Pſal. 119. 39. & excluſo ה Emphat. *Benefac Jehova* לַטּוֹבִים *ipſis bonis*, Pſal. 125. 4.

202 נְסָה־ Neſa] *eleva ſuper nos lumen*, &c. i. e. benigno nos vultus tui favore proſequaris. LXX ἐσημειώθη, *ſignatum eſt ſuper nos lumen*, i. e. ſigni aut vexilli inſtar elevatum eſt; (credibile eſt eos reſpexiſſe ad נָסַס *elevare vexillum*, unde נֵס *ſignum*, *vexillum*.) A נָשָׂא *tulit*, *levavit*, *elevavit*, *ſuſtulit*, *abſtulit*; de peccato, *condonavit*, nam remiſſio peccati eſt ejus ablatio. Imper. Kal, quieſcente א in (ְ) R. 64. נְשָׂא *extolle*, Pſal. 10. 12. et mutato ש in ס ac א in ה R. 1. נְסָה *attolle*. Interdum etiam amittit נ R. 69. facítque וְשָׂא *et attolle*, i. e. ignoſce *peccatis meis*, Pſal. 25. 18. Plur. שְׂאוּ *attollite*. Pſ. 24. 7. וּשְׂאוּ *& attollite*, verſ. 9.

203 אוֹר O'r] *lucem*. אור *lux*, *lumen*, *ſplendor*, *claritas*, propriè eſt lux incorporea & ſpiritualis. מָאוֹר verò corpus lumine refertum, *luminare*. Lucis autem nomine omnis generis bona repræſentantur, *lætitia*, &c. ſicut è contrà, per tenebras, *calamitates*. Pſ. 97. 11. אור *lux orta eſt juſtis: & rectis corde lætitia*, poſterius hoc, prioris eſt declaratio. Cum Præfixis, וְאוֹר *& lux*, בָּאוֹר *in luce*. *Et egredietur* כָּאוֹר *ſicut ipſa lux lætitia tua*, Pſal. 37. 6. (excluſo ה Emphat.) Cum Affix. אוֹרְךָ *lux tua*, בְּאוֹרְךָ *in luce tua*. In fœm. אוֹרָה *lux*, Pſal. 139. 12. כַּחֲשֵׁיכָה כָּאוֹרָה *ſicut tenebræ, ita ipſa lux*; ubi כ geminatum notat æqualitatem et viciſſitudinem. In plur. אוֹרִים Pſ. 136. 7. Facienti אוֹרִים *luces magnas*, i. e. luminaria magna.

204 פָּנֶיךָ Pa-né-cha] *facierum tuarum*. פָּנִים *facies*, vide ſuprà, Num. 125. Quantum ad effectum duo ſunt vultus in Deo, alter *lucidus*, quo reſpicit bonos, Pſal. 24. 16. *Reſpice ad me, & miſerere mei*. Alter *vindicativus*, quo punit malos, Pſal. 35. 17. פְּנֵי יְהוָה *vultus Domini in facientes malum*. Cum Præfixo, לְפָנִים *in faciebus*, i. e. coram, è regione, ante, olim, Pſ. 102. 26. לְפָנִים *in faciebus terram*

terram fundasti, i. e. ante, olim. In Regim. פְּנֵי *facies*, וּפְנֵי *& facies*. Vide suprà, Num. 125. Psal. 72. 17. לִפְנֵי *in faciebus solis propagabitur nomen ejus*, i. e. quàm diu sol fuerit, Psal. 147. 17. לִפְנֵי *in faciebus frigoris*, i. e. coram frigore, Psal. 72. 5. *Timebunt te cum sole*, וְלִפְנֵי *et in faciebus lunæ*, i. e. quàm diu sol & luna fuerint. מִלִּפְנֵי *ab à faciebus Jehovæ*, Psal. 97. 5. pleonasmus. Cum Affixis Levibus retinet (·) Cum Gravibus autem corripit (·) in (:) facítque פָּנַי *facies mea*, לְפָנַי *in faciebus meis*, פָּנֶיךָ *vultus tuus*. *Ad tempus* פָּנֶיךָ *faciei tuæ*, Psal. 21. 10. Targ. רוּגְזָךְ *ira tuæ*. לְפָנֶיךָ *ante facies tuas*, Psal. 79. 11. *Et semen ipsorum* לְפָנֶיךָ *in faciebus tuis firmabitur*, Ps. 102. 29. i. e. quam diu tu fueris, in æternum. מִפָּנֶיךָ *à faciebus tuis*, מִלְּפָנֶיךָ *ab à faciebus tuis*, Ps. 17. 2. Pleonasmus. In fœmin. פָּנַיִךְ *faciem tuam*, Psal. 45. 13. פָּנָיו *facies ejus*, לְפָנָיו *coram facie ejus*, מִפָּנָיו *à facie ejus*. In fœmin. לְפָנֶיהָ *coram facie ejus*, Psal. 80. 10. i. e. ante eam. פָּנֵימוֹ *facies ejus*, Psal. 11. 7. פְּנֵיהֶם *facies eorum*, וּפְנֵיהֶם *et facies eorum*, לִפְנֵיהֶם *in faciebus eorum*, Psal. 69. 23. i. e. coram eis, מִפְּנֵיהֶם *à faciebus eorum*.

Vers. 8.

205 נָתַתָּה Na-thát-ta] *dedisti. posuisti*. A נָתַן *dedit, posuit*, Præter. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: נָתַן *dedit*, וְנָתַן *et dedit*. (Cum Affix. mutato (·) in (:) R. 114. et (-) in (·) R. 121. facit נְתָנַנִי *tradidit me*, Ps. 118. 18. נְתָנָנוּ *exposuit nos*, Psal. 123. 6.) נָתְנָה *dedit illa*, נָתַתָּ *dedisti*, Psal. 61. 6. (pro נָתַתָּ eliminatâ tertiâ radicali, R. 73. not.) & cum ה parag. נָתַתָּה R. 102. n. 2. In plur. נָתְנוּ *posuerunt*, Ps. 119. 110.

206 שִׂמְחָה Sim-hhá] *lætitiam*. A שָׂמַח *lætari*, Nom. fœmin. שִׂמְחָה *lætitia, hilaritas*, Psal. 51. 10. *gaudium* שִׂמְחָה וְשִׂמְחָה *& lætitiam*. בְּשִׂמְחָה *in lætitia*. In Regimine facit שִׂמְחַת *lætitiam exultationis meæ*, Psal. 43. 4. בְּשִׂמְחַת *in lætitia gentis tuæ*, Psal. 106. 5. Cum Affix. *Super caput* שִׂמְחָתִי *lætitiæ meæ*, Psal. 137. 6. In plur. imitatur formam צְדָקוֹת ideóq; sub prima radicali possidet (:) sub secunda (·) R. 33. fitque *satietas* שְׂמָחוֹת *lætitiarum*, Ps. 16. 11. Cum Præfixo, בִּשְׂמָחוֹת *in lætitiis*, Ps. 45. 16.

207 בְּלִבִּי Bhelib-bí] *in corde meo*. לֵב *cor*, idem est quod לֵבָב suprà Num. 194. nisi quòd hoc sit contractum. Cum Præfixis, כְּמֵת מִלֵּב *sicut mortuus à corde*, Ps. 31. 13. i. e. penitùs. וְלֵב *& cor*. *Cum movebuntur montes* בְּלֵב יַמִּים *in cor marium*, Ps. 46. 3. Targ. בְּפִילְגוֹס *in pelagus*. בְּלֵב *in corde inimicorum regis*, Psal. 45. 6. in medio. בְּלֵב וָלֵב *in corde & corde loquentur*, Ps. 12. 3. i. e. duplici corde, aliud dicunt, aliud sentiunt, (ubi ו gestat (·) quoniam hæc duo junguntur in sensu uno, R. 78.) In Affixione & flexione numeri, assumit dagesh compensativum, & mutat (..) in (·) R. 125. fitque לִבִּי *cor meum*, וְלִבִּי *& cor meum*, בְּלִבִּי *in corde meo*, לִבֵּנוּ *cor nostrum*, לִבְּךָ *cor tuum*, לִבְּכֶם *cor vestrum*, לִבּוֹ *cor ejus*, בְּלִבּוֹ *in corde suo*, לִבָּם *cor eorum*, וְלִבָּם *et cor eorum*, בְּלִבָּם *in corde eorum*. In plur. ex forma fœmin. facit לִבּוֹת *corda*, Psal. 7. 10. Cum Affixo, בְּלִבּוֹתָם *in cordibus suis*, Psal. 125. 4.

208 דְּגָנָם Degha-nám] (*à* vel *in tempore*) *frumenti eorum.* LXX. *ἀπὸ καρποῦ σίτου*, *à fructu frumenti.* Nom. masc. sine plurali, דָּגָן *frumentum*, generale est ad omnes species frumenti, cujus species sunt quinque, חִטָּה *triticum*, כֻּסֶּמֶת *spelta*, שְׂעוֹרָה *hordeum*, שִׁבֹּולֶת שׁוּעָל *spica vulpis*, seu panicum, שִׁיפוֹן *avena.* In Regimine correpto priori (ָ) in (:) R. 114. et posteriori in (-) R 115. facit וּדְגַן *& frumentum cælorum* Ps. 78. 24. Cum Affix. itidem mutato (ָ) priori in (:) R. 114. fit דְּגָנָם *frumentum eorum*, Psal. 65. 10. וּדְגָנָם *& frumentum eorum.*

209 וְתִירוֹשָׁם Vethi-ro-sham] *& musti eorum.* A יָרַשׁ *possedit*, Nom Heemanth. masc. sine plurali, תִּירוֹשׁ *vinum, mustum, oleum*, quòd sit possessio hominis. Est generale hujus generis liquidorum, quamvis de musto, sive vino novo quod adhuc in uvis continetur, (Esa. 65. 8. הַתִּירוֹשׁ בָּאֶשְׁכּוֹל *mustum in botro*) præcipuè intelligatur. Unde LXX. *οἴνου καὶ ἐλαίου αὐτῶν*, *vini, & olei sui.*

Vers. 9.

210 בְּשָׁלוֹם Besha-lóm] *In pace.* A שָׁלַם *pacificus*, *consors fuit.* Nom. masc. שָׁלוֹם *pax, tranquillitas, concordia, incolumitas*, omnis generis prosperitas. Cum Præfix. בְּשָׁלוֹם *in pace*, & excluso ה Emphat. בַשָּׁלוֹם *in ipsa pace*, Ps. 29. 11. In Regim. cum Affix. & plur. num. mutato (ָ) in (:) R. 114. facit, שְׁלוֹם *pace servi sui*, Ps. 35. 27. Cum Affix. אִישׁ שְׁלוֹמִי *Vir pacis meæ*, Psal. 41. 10. i. e. colens pacem mecum. In plur. שְׁלוֹמִים Cum Præfix. וְלִשְׁלוֹמִים *&* (illud quod debet esse) *pro retributionibus*, Ps. 69. 23. mutuatâ significatione ex שִׁלּוּמִים *retributiones.* Cum Affixo, בִּשְׁלוֹמָיו *in paces ejus*, Ps. 55. 21. i. e. in pacificos suos, colentes pacem secum.

211 יַחְדָּו Jahh-dáv] *Simul.* A יַחַד *simul, unà, pariter*, est particula congregandi. Et cum ו ad formam Nominum pluralium cum Affixo, interposito (י) יַחְדָּיו *simul, unà ipse*, quomodo ter legitur in SS. Gen. 13. 6. 1 Reg. 3. 19. Jer. 46. 12. aliâs semper sine (י) יַחְדָּו

212 אֶשְׁכְּבָה Esh-kebhá] *cubabo.* LXX. *κοιμηθήσομαι, dormiam.* A שָׁכַב *cubuit, jacuit*, dicitur & de dormientibus qui jacent. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: אֶשְׁכַּב & cum ה parag. *In medio leonum* אֶשְׁכְּבָה *cubabo*, Ps. 57. 5. Targ. אֶרְמֹךְ *dormiam.* In plur. *Si* תִּשְׁכְּבוּן *jacueritis*, Ps. 68. 14. cum ן paragog.

213 לְבָדָד Lebha-dhádh] *Solùm.* A בָּדַד *unicus, solitarius fuit.* Nom. masc. בָּדָד *solitudo, solitas*, Latini exprimunt, *solus, solitarius*; sed sumitur semper adverbialiter, *solùm, seorsim, solitariè.* Cum Præfixo ל, (quod aliis est ל Prosthericum,) legitur ter in SS. Numer. 23. 9. Mich. 7. 13. & hoc loco, לְבָדָד *solitudini* (i. e. solum, vel solus) *audacter permanere me facies.* Targ. לִבְלְחוֹדִי & LXX. *καταμόνας*, *singulariter.*

214 לָבֶטַח La-bhé-tahh] *Ad fiduciam.* A בָּטַח *fidit.* Nom. masc. sine plur. בֶּטַח *fiducia, spes, securitas.* Cum Præfixo ל, (quod gestat (ָ) ante vocem disyllabam penacutam, R. 80.) adverbiascit, לָבֶטַח *securè, tutò, audacter, confidenter.* Targ. בִּסְבָרָא *in spe*, & sic LXX. *ἐπ᾽ ἐλπίδι.*

215 תּוֹשִׁיבֵנִי To-shi-bhé-ni] *facies me sedere, habitare.* A יָשַׁב suprà Num. 13.

13. Futuri Hiph. secunda perſ. cum Affixo, תּוֹשִׁיבֵנִי *facies ut habitem*, ubi prima radical. (י) tranſit in ו R.57.

PSALMUS V. ה

216 אֶל־הַנְּחִילוֹת El-han-nehhi-lóth] *Super instrumentis pneumaticis*. Targ. *Ad laudandum*, עַל־חִינְגִּין *ſuper choros*. LXX. ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, *pro ea quæ hæreditatem conſequitur*, (à נָחַל *poſſedit*.) Eſt nomen plur. fœmin. quid autem ſignificet valdè incertum eſt: niſi forſitan velis deducere à חָלַל *perforavit*, unde נְחִילוֹת pro נְחִלוֹת (reſoluto dageſh in vocalem longam) *inſtrumenta excavata & perforata*, quæ inflari ſolent, ut ſunt Tibiæ, Tubæ, Buccinæ. In tota SS. legitur hoc loco tantùm.

Verſ. 2.

217 אֲמָרַי Ama-ráj] *Verba mea*. Ab אָמַר *dixit*, Nom. maſc. אֹמֶר *dictum, edictum, verbum, ſermo*. Pſ.77.9. *Conſumptus eſt* אֹמֶר *ſermo in generationem & generationem?* i.e. promiſſum ejus. In plur. mutato ו penult. in (:) compoſitum (-:) R.118. & (..) in (-) R.122. fit אֲמָרִים *verba, ſermones*. Cum Affixo. אֲמָרַי *Sermones meos*.

218 הַאֲזִינָה Ha-azí-na] *auribus percipe*. Ex nomine אֹזֶן *auris*, eſt verbum efficctum in Hiph. הַאֲזִין *auribus percipere, aurem accommodare*, q. aurem facere. Imper. Hiph. cum ה parag. הַאֲזִינָה (geſtat (-:) ſub gutturali א) In plur. הַאֲזִינוּ *auribus percipite*. Pſ.49.2.

219 בִּינָה Bí-na] *intellige*. A בִּין *intelligere*, in Hiph. (ejecto י R.58.) הֵבִין *intelligentem fecit*, & abſolutè, *intellexit*. Imper. Hiph. qui dupliciter formatur, cum ה Characteriſtico, & ſine eo. Sine ה Characteriſtico abſolutum eſt. בִּין *intellige*, בִּינוּ *intelligite*, Pſ.50.22. Cum ה Characteriſtico tranſitivum eſt, הָבִין *fac intelligere*, unde cum Affixo, (mutato (.) in (-:) R.114.) הֲבִינֵנִי *fac intelligere me*, Pſ. 119.27. i.e. ut intelligam.

220 הֲגִיגִי Haghi-ghí] *meditationem meam*. A הָגָה ſuprà Num.19. fit Nom. maſc. הָגִיג *meditatio, gemitus, murmur*: geminatâ ſecundâ radicali, & abjectâ tertiâ. Legitur bis tantùm in tota SS. idque in Pſalmis cum Affixo, הֲגִיגִי *meditationem meam*, Targ. רְגִגִי *deſiderium meum*, LXX. κραυγῆς μου *clamorem meum*. בַּהֲגִיגִי *in meditatione mea*. Pſ.39.4.

Verſ. 3.

221 הַקְשִׁיבָה Hak-ſhí-bha] *Attende*. A קָשַׁב *attendit, aurem advertit*, geſtus eſt diligenter auſcultantis. Imper. Hiph. qui occurrit in Pſalm. cum ה paragogico tantùm, הַקְשִׁיבָה לִּי *attende mihi*, Pſ. 55.3. וְהַקְשִׁיבָה *& attende*. Pſal. 86.6.

222 שַׁוְעִי Shav-ví] *clamoris mei*. A שָׁוַע in Pih. שִׁוַּע *vociferatus eſt*. Nom. formæ maſcul. ſed nullibi legitur in tota SS. præterquam hoc loco. Analogicè eſſet שֶׁוַע *clamor*, & ob Affix. mutato (..) in (:) R.122. & (-) itidem in (:) R.121. ex priori (:) fit (-) R.6. emanátque שַׁוְעִי

223 אֶתְפַּלָּל Eth-pal-lál] *ſupplex orabo*. A פָּלַל ſuprà Num. 178. In Hithp. *ſe judicavit, oravit, preces fudit*, q. ſe judicando, h.e. indignum faciendo, divinam miſericordiam imploratus eſt. Fut. Hithp. quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶתְפַּלָּל *orabo*, cum (.) ob pauſam. יִתְפַּלֵּל *ſupplex orabit*. Pſal. 22.6.

 וְיִתְפַּלֵּל

וְיִתְפַּלֵּל *& supplex orabit.* Psal. 72. 15.

Vers. 4.

224 בֹּקֶר Bó-ker] *manè.* A בָּקַר *quæsivit,* בֹּקֶר *manè, tempus matutinum,* ab ortu auroræ ad 4 vel 6 horas diei, quòd tunc ea, quæ noctis tenebris tecta latebant, *quæri,* i. e. agnosci & discerni possunt. Aben Esra, quòd tunc inter formas quærere, i.e. discernere & distinguere liceat. בֹּקֶר תִּשְׁמַע קוֹלִי *Manè audies vocem meam,* &c. quia hoc tempus antequam homo occupatur rebus mundanis, aptissimum est ad inquirendum Deum. *Ad respiciendum* בֹּקֶר *manè,* Ps. 46. 6. Targ. לְעִדָּנֵי צַפְרָא *ad tempora matutina,* maturè, celeriter. Cum Præfixis, וָבֹקֶר *& manè,* Ps. 50. 18. (ubi ו ante vocem penacutam cum (ָ) R. 78.) Et excluso ה Emphat. בַּבֹּקֶר *in ipso manè.* Ps. 90. 5. וּבַבֹּקֶר *& hoc ipso manè.* Ps. 88. 9. לַבֹּקֶר *in ipso manè.* Ps. 45. 15. וְלַבֹּקֶר *& in hoc manè,* Ps. 30. 6. In plur. mutando ֹ in (:) R. 118. & (ֶ) in (ָ) R. 122. facit בְּקָרִים, cum Præfixo, לַבְּקָרִים *in ipsis matutinis* Ps. 73. 14 i.e. singulo manè: nam ל junctum Nominib. pluralib. tempus significantibus, distributionem importat.

225 אֶעֱרָךְ־לְךָ E-yeroch-lechá] *ordinabo tibi,* scil: preces. Targ. *Manè* אֲסַדֵּר קֳדָמָךְ *ordinabo coram te.* A עָרַךְ quod sumitur vel Activè, vel Neutraliter. Activè, *ordinare, instruere, disponere;* & tum sæpè Accusativus deest, ac ex sententia verborum subintelligitur. Neutraliter, *æquiparari, æstimari,* significatione sumptâ à Nom. עֵרֶךְ *æstimatio, pretium,* q. pretium alterius rei esse. Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur sic: אֶעֱרֹךְ *orationem instruam,* cum (ֹ) loco ו ob Maccaph. R. 134. וְאֶעֶרְכָה *& ordine disponam, rationes ordinabo ante oculos tuos,* Ps. 50. 21. (ubi ob ה parag. ו transit in (:) R. 119. & (ֶ) amittit suum (:) R. 15.) תַּעֲרֹךְ *instrues.* Ps. 23. 5. *Quis in cœlo* יַעֲרֹךְ *comparabitur Jehovæ?* Targ. מִשְׁתְּוֵי *similis est?*

226 לְךָ Lechá] *tibi.* לְךָ *tibi, te, in te,* compositum ex ל notâ Dativi, & Affixo ךָ. וְלָךְ *& tibi.* In pausa transpositis punctis fit לָךְ R. 131. In plur. facit לָכֶם *vobis.* R. 36.

227 וַאֲצַפֶּה Va-atsap-pé] *& intense speculabor.* Targ. וְאֶסְתַּכֵּי *& respiciam,* oculos intendam & expectabo ut des mihi petitionem meam. LXX. *Manè* παραστήσομαί σοι, καὶ ἐπόψει με. *astabo tibi, & videbis me.* A צָפָה *speculatus est, oculos animúmq; in aliquid intendit.* Fut. Pihel, quod hoc loco tantùm legitur in Psalm. וַאֲצַפֶּה ubi ה quiescit in (ֶ) R. 65. & ו cum (ַ) ob sequens (ֲ) R. 13.

Vers. 5.

228 אֵל El] *Deus.* אֵיל *fortis,* & eliso (י) אֵל *fortitudo, potentia:* per Antonomasiam *DEUS,* quòd sit potentissimus, sitque ipsa fortitudo. Ps. 36. 6. *sicut montes* אֵל *Dei,* Targ. תַּקִּיפַיָּא *fortes,* firmi. Ps. 80. 11. *cedri* אֵל *Dei,* quæ Ps. 104. 16. vocantur עֲצֵי יְהוָה *arbores Jehovæ.* Vide suprà Num. 23. Cum Præfix. מֵאֵל *à Deo,* שֶׁאֵל *cui Deus,* Ps. 146. 5. הָאֵל *Ipse Deus, integra via ejus.* Ps. 18. 31. i.e. Quod Deum attinet. R. 130. not. לָאֵל *ad Deum,* vel *Deo.* וְאֵל *& Deus.* Usurpatur tantùm cum Affixo primæ pers. singulari. אֵלִי *Deus mi.* Ps. 18. 3. 22. 2. In plur. אֵלִים *fortes,* i.e. Angeli & principes. בְּנֵי אֵלִים *filii fortium,* Ps. 29. 7. h.e.

h. e. potentum Principum. בִּבְנֵי אֵלִים *inter filios fortium*, Pſ. 89. 7. Targ. בְּאוּכְלְסָא מַלְאֲכַיָּא *in Eccleſia Angelorum*.

229 חָפֵץ Hha-phéts] *Volens*. A חָפֵץ *voluit, oblectatus eſt, complacentiâ maximâ in aliquid affectus eſt*. In tertiâ perſ. Præt. Kal, deſinit in (..) R. 43. & in Benoni incipit à (־) ſicq; Præter. חָפֵץ *voluit*, & Particip. חָפֵץ *volens*; non niſi ex ſenſu diſtinguuntur. In ſecunda perſ. חָפַצְתָּ *delectatus es*. In primâ, חָפַצְתִּי *delectatus fui*, & in pauſa cum (־) R. 131. חָפָצְתִּי Pſal. 40. 9.

230 רֶשַׁע Ré-ſhaע] *improbitatem*. A רָשַׁע ſuprà Num. 7. Nom. maſc. רֶשַׁע *inquietudo, ſeditio, impietas, improbitas*, Pſal. 84. 11. *In tabernaculis* רֶשַׁע *inquietudinis*, i. e. ſolicitudinis de rebus hujus ſeculi. בְּרֶשַׁע *in iniquitate*. Et in pauſa mutato priori (··) in (־) R. 131. *Virga* הָרֶשַׁע *iniquitatis*, Pſal. 125. 3. Cum Affixo, mutato (··) & (-) in (:) R. 122. 121. ex priori (:) fit (·) R. 6. רִשְׁעוֹ *iniquitatem ejus*, Pſal. 10. 15.

231 לֹא יְגֻרְךָ Lo jeghŭ-rechá] *Non cohabitabit tibi*. Targ. לָא יִתוֹתַב עִמָּךְ *non commorabitur tecum*. A גּוּר *modicum habitavit, incoluit, advena fuit, peregrinatus eſt*. Cum Accuſativo, *congregavit, collegit*, (q. ab אָגַר) Cum præpoſitione מִ, *pavit, timuit*, q. ſe ab alicujus commoratione retraxit. Fut. Kal, formæ קוּם R. 58. flectitúrque in Pſalm. ſic: אָגוּרָה *commorabor*, (cum ה paragog.) יָגוּר *commorabitur*. Cum Affixo, mutato (־) in (:) R. 114. & pro ו ſubſtituto (:) R. 107. יְגֻרְךָ *commorabitur tibi*, i. e. יָגוּר עִמָּךְ *habitabit tecum*. יָגוּרוּ *timebunt*, Pſ. 33. 8. Et Pſ. 56. 7. יָגוּרוּ Targ. יִכְנְשׁוּן *congregabunt, & abſcondent*. LXX. παροικήσουσι *inhabitabunt*. Et Pſ. 59. 4. יָגוּרוּ עָלַי *congregabunt ſe contra me*. Targ. מִתְכַּנְשִׁין *congregantur*. Et Pſ. 140. 3. יָגוּרוּ *congregabunt bella*, Targ. מְגָרְגִין *excitantes*.

232 רָע Ráע] *Malum*, Targ. בִּישָׁא *malus*. A רוּעַ *malum eſſe*, Nom. Maſc. רַע & רָע *malus*, & ſubſtantivè, *malum, malitia*, quæ ab homine; *miſeria*, quæ à Deo ob malum culpæ. Cum Præfix. בְּרָע *in malo*, Pſal. 10. 6. *Brachium improbi et mali*, ubi ו cum (־) ob Accentum Rebia R. 78. מֵרָע *à malo* הָרָע *ipſum malum*, וְהָרַע *& hoc malum*, לָרָע *in ipſum malum*, Pſal. 56. 6. excluſo ה Emphat. In Regimine, mutato (־) in (-) R. 115. facit, רַע *m litia improborum*, Pſ. 7. 10. In plurali, *Angelorum* רָעִים *malorum*, Pſ. 78. 49 In ſingul. fœm. facit רָעָה *malum*, וְרָעָה *& malum*, בְּרָעָה *in malo*. In Regim. mutato ה־ in ת־ R. 34. מֵרָעַת *propter malitiam inhabitantium*, Pſ. 107. 34. Cum Affix. mutato ה in ת fit רָעָתִי *malum meum*, וּבְרָעָתָם *& in malitia eorum*. In plur. fœmin. רָעוֹת *mala*, וְרָעוֹת *& mala*, בְּרָעוֹת *malis*. Cum Affixo, *Et oratio mea* בְּרָעוֹתֵיהֶם *in malis ipſorum*. Pſ. 141. 5. LXX. ἐν ταῖς εὐδοκίαις *in beneplacitis ipſorum*. Acceperunt fortè pro בִּרְעוּתֵיהֶם *in familiaribus ipſarum*, qui ſibi bene placent: aut legendum κακίαις.

Verſ. 6.

233 הוֹלְלִים Ho-lelím] *Inſani*. A הָלַל *inſanivit, gloriabundus fuit*. Legitur in tota SS. quater tantùm in Kal, idque in Pſalmis: ſemel in Futuro irre-

irregulari, Pſ. 75. 5. & ter in Benoni plurali הוֹלְלִים *gloriabundi, jactabundi* בְּהוֹלְלִים *in ipſos jactabundos*, Pſal. 73. 3. לְהוֹלְלִים *ipſis gloriabundis*, Pſal. 75. 5. in quibus ב & ל excludunt ה Emphatic.

234 לְנֶגֶד Lené-ghedh] *coram*. Dictio indeclinabilis, נֶגֶד *coram, ante, è regione, ex adverſo*. Cum ל pleonaſtico, לְנֶגֶד *in coram*, i. e. ex adverſo. Cum מ plerumque notat *procul*, Pſ. 31. 23. מִנֶּגֶד *à coram oculis tuis*, i. e. procul, Pſ. 38. 12. *ſocii mei* מִנֶּגֶד *è regione plagæ meæ, et proximi* מֵרָחוֹק *ex longinquo*, ubi poſterius explicatio prioris. Cum ה paragogico et Affixis poſterius (ֶ) tranſit in (ְ) R. 122. facitque נֶגְדָּה *coram*, Pſ. 116. 14. נֶגְדִּי *coram me*, לְנֶגְדִּי *à coram me*, נֶגְדְּךָ (& in pauſa נֶגְדֶּךָ) *coram te*, לְנֶגְדְּךָ *in coram te*. נֶגְדּוֹ *coram eo*, מִנֶּגְדּוֹ *à coram eo*, לְנֶגְדָּם *à coram eis*.

235 עֵינֶיךָ Ye-né-cha] *oculis tuis*. Nom. commun. gener. עַיִן *oculus*, in pauſa mutato (ַ) in (ָ) R. 131. facit עָיִן Pſal. 17. 8. In Regimine, Affixione & Duali numero (ַ) & (ִ) contrahuntur in (ֵ) R. 124. fitque עֵין *oculus Jehovæ*, Pſ. 33. 18. עֵינִי *oculus meus*, עֵינֵנוּ *oculus noſter*. In Duali עֵינַיִם *oculi*. וְעֵינַיִם *& oculos*, Pſ. 18. 28. & in pauſa עֵינָיִם Pſ. 19. 9. In Regimine converſo ַיִם- in ֵי R. 34. fit עֵינֵי *oculi Jehovæ*, Pſ. 34. 16. לְעֵינֵי *in oculis gentium*, Pſ. 98. 2. בְּעֵינֵי *in oculis Jehovæ*, Pſ. 116. 15. כְּעֵינֵי *ſicut oculi ſervorum*, Pſal. 123. 2. Cum Affixis, עֵינַי *oculi mei*, לְעֵינַי *oculis meis*, בְּעֵינַי *in oculis meis*. עֵינֵינוּ *oculi noſtri*, בְּעֵינֵינוּ *in oculis noſtris*. לְעֵינֵינוּ *coram oculis noſtris*. Targ. לְמֶחֱמֵינָא *ut nos videamus*, Pſ. 79. 10. עֵינֶיךָ *oculi tui*, לְעֵינֶיךָ *in oculis tuis*, *Mille anni* בְּעֵינֶיךָ *in oculis tuis ſicut dies heſternus*, Pſ. 90. 4. Targ. מִתְחַשְׁבִין קֳדָמָךְ *reputantur coram te*. עֵינָיו *oculi ejus*, בְּעֵינָיו *in oculis ejus*. עֵינֵיהֶם *oculi eorum*. *Exivit præ adipe* עֵינֵימוֹ *oculi eorum*, Pſ. 73. 7. i. e. uterque oculus eorum: nam cum Verbum & Nomen diſcrepant numero, diſtributio notatur, R. 48. n. 2. (LXX. ἡ ἀδικία αὐτῶν *iniquitas eorum*. Fortè legegerunt עֲוֹנֵמוֹ) Quidam codices habent עֵינֵמוֹ abſque (י)

236 שָׂנֵאתָ Sa-né-tha] *Odiſti*. A שָׂנֵא *odit, odio habuit*, tanquam hoſtem tractavit: & aliquando non propriè eſt odio habere, ſed non *amare*, ut quemadmodum *Lea* dicitur eſſe *exoſa Jacobo*, i. e. non amata à Jacobo, Gen. 29. 31. Præter. Kal, quod in Pſalmis flectitur ſic: שָׂנֵא *odio habuit*, cum א quieſcente in (ֵ) R. 64. שָׂנְאָה *odit* (fœmin.) *anima ejus* Pſ. 11. 5. שָׂנֵאתָ *odio habuiſti*, שָׂנֵאתִי *odi*. שְׂנֵאתִים *odi eos*, Pſal. 139. 22. ubi ob Affixum, (ָ) corripitur in (ְ) R. 114. שְׂנֵאוּנִי *oderunt me*, Pſ. 25. 19. ex שָׂנְאוּ ubi ob Affixum, (ָ) tranſit in (ְ) R. 114. & (ְ) reducitur ad ſuam originem i. e. in (ֵ) R. 121.

237 פֹּעֲלֵי Po-yalé] *Operatores*. A פָּעַל *fecit, operatus eſt*, Benoni Kal, quod non ſolùm actum, verùm etiam habitum notat, R. 42. פֹּעֵל *faciens*, i. e. factor, operator. וּפֹעֵל *& faciens*. In plurali conſtructo פֹּעֲלֵי *factores*. מִפֹּעֲלֵי *ab operatoribus iniquitatis*, Pſal. 59. 3.

238 אָוֶן A'-ven] *Iniquitatis*. LXX. ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν, notantur ſcelerati & flagitioſi. אָוֶן *mendacium*, ſed eſt in rebus tantùm, non verò in verbis. i. e. cum quis bonum quod operari debet omittit, & malum perpetra-

tratur; (ideóque frequenter jungitur verbo פָּעַל) *Falſitas, injuria, iniquitas, perverſitas, moleſtia, ærumna.* עַל־אָוֶן *propter iniquitatem ejice eos,* Pſ.56.9. Targ. עַל־שְׁקַר *propter falſitatem.* LXX. ὑπὲρ τοῦ μηδενὸς *pro nihilo,* fortè legerunt עַל־אַיִן *pro non, nihili.* Cum Præfix. *Cum operantibus* הָאָוֶן *ipſam iniquitatem,* Pſ.125.5. וְאָוֶן *& perverſitas,* וָאָוֶן *& ærumna,* Pſ.107. ubi ו cum (ָ) ob Accentum Sylluk. R.78.

Verſ.7.

239 תְּאַבֵּד Teab-bédh] *Perdes.* Ab אָבַד *periit,* quod in Kal eſt neutrum: in Pihel activum אִבֵּד *perdidit, fecit ut periret, deſtruxit.* Futur. Pihel, quod in Pſalm. legitur in ſecunda perſona tantùm. תְּאַבֵּד *omninò perdes,* Pſ.21.11.

240 דֹּבְרֵי Do-bheré] *loquentes,* i.e. locutores. A דָּבַר *locutus eſt,* Benoni Kal, quod ſumitur pro Nomine, R.42. דֹּבֵר *loquens,* i.e. locutor. וְדֹבֵר *& loquens veritatem* Pſ.15.2. notat habitum. In plur. maſc. cum ה Relativo, R.76. וְהַדֹּבְרִים *& qui loquuntur,* Pſ. 109.20. In Regim. דֹּבְרֵי *loquentes pacem,* Pſ.28.3. In plur. fœmin. *Labia* הַדֹּבְרוֹת *quæ loquuntur contra juſtum,* Pſ.31.19. cum ה Relativo.

241 אִישׁ דָּמִים Jſh-da-mím] *virum ſanguinum,* i.e. ſanguinolentum. Targ. אֱנָשׁ שָׁדֵי דַם זַכַּאי *hominem effuſorem ſanguinis innocentis.* דָּם *ſanguinis,* à rubedine, q. ab אָדַם *rubuit.* Cum Præfix. מִדָּם *è ſanguine,* וְדָם *& ſanguis,* לְדָם *in ſanguinem,* בְּדָם *in ſanguine.* In Regim. mutato (ָ) in (ַ) R.115. facit דַּם *ſanguinis ſervorum tuorum.* Pſ. 79.10. בְּדַם *in ſanguine improbi.* Pſal.58.11. Cum Affix. בְּדָמִי *in ſanguine meo,* דָּמָם *ſanguis eorum.* In plur. דָּמִים *ſanguines. Libera me* מִדָּמִים *à ſanguinibus,* Pſ.51.16. Targ. מִדִּין קְטוֹל *à judicio cædis.* בַּדָּמִים *cum iſtis ſanguinibus,* Pſ.106.38. excluſo ה Emphat.

242 וּמִרְמָה U-mir-má] *& doli,* i.e. doloſum. R.34. n.3. A רָמָה *jecit, projecit.* Nom. fœm. Heemanth. מִרְמָה *fraus, dolus, impoſtura,* לְמִרְמָה *in dolo.* In plur. מִרְמוֹת *fraudes. Maledictione os ejus plenum eſt,* וּמִרְמוֹת *& fraudibus,* LXX. καὶ πικρίας *& amaritudine,* fortè legerunt מָרָה *amaritudo.*

243 יְתָעֵב Jetha-ȳébh] *abominabitur,* Targ. יְרַחֵק *longè propellet.* A תָּעַב *abominatus, averſatus fuit,* viſu aut alio ſenſuum *deteſtabilem habuit, reddidit.* Fut. Pih. quod in Pſalm. flectitur ſic: וָאֲתַעֵבָה *& abominatus fui,* Pſ.119.163. cum (ֵ) ſub ע ob accentum Athnach, R.132. abſorpto dageſh, R.19. & cum ו converſivo quod geſtat (ָ) R.79. יְתָעֵב *deteſtabitur,* compenſato dageſh per (ָ) R 19. וַיְתָעֵב *& abominatus eſt,* Pſ.106.40. excludo dageſh ex (ְ) ſhevato, R.20. quod ו Converſiv. imprimere debuit. R.79. תְּתַעֵב *abominabitur anima eorum,* Pſ.107.18. abſorpto dageſh.

Verſ. 8.

244 בְּרֹב Beróbh] *in multitudine.* A רָבַב *multum, copioſum eſſe.* Nom. maſc. רֹב *copia, multitudo, amplitudo,* Pſ.37.11. Et cum ו, אֶת־רֹב *multitudinem,* Pſ. 106.7. Cum Præfix. וְרֹב *& multitudo,* כְּרֹב *ſecundùm multitudinem,* בְּרֹב *in multitudine,* וּבְרֹב *& in multitudine.* Et ob Maccaph, correpto ו in (ָ) R.134. fit בְּרָב־ *in multitudine.* Pſ. 33.16.

245 חַסְדְּךָ Hhaſ-dechá] *benignitatis tuæ.* Nom.

Nom. masc. חֶסֶד *benignitas, beneficentia, beneficium, pietas, misericordia, humanitas:* propriè, affectus propensior etiam in non promeritum, ad conferendum ei qualiacunque bona vel animi vel corporis. *Percutiat me justus* חֶסֶד *bonitate.* Ps.141.5. pro בְּחֶסֶד ellipsis. In pausa חָסֶד Ps.109.12. Cum Præfix. *Cum Jehova* הַחֶסֶד *ipsa beneficentia.* Ps.130.7. וְחֶסֶד *& benignitas. Bonum* וָחֶסֶד *& benignitas,* Ps. 23.6. (ubi ו cum (ָ) quoniam utrumque junguntur in sensu uno, R. 78.) בְּחֶסֶד *in benignitate.* Cum Affix. mutato utroque (ֶ) in (:) R.122. prius (:) transit in (-) R.6. facit חַסְדִּי *benignitas mea,* וְחַסְדִּי *& benignitas mea,* חַסְדְּךָ *benignitas tua;* in pausa. *Propter* חַסְדֶּךָ *benignitatem tuam,* Psal.6.5. כְּחַסְדְּךָ (in pausa כְּחַסְדֶּךָ) *secundùm benignitatem tuam.* בְּחַסְדְּךָ (in pausa בְּחַסְדֶּךָ) *in benignitate tua,* וּבְחַסְדְּךָ *& in benignitate tua.* חַסְדּוֹ *misericordia ejus,* וְחַסְדּוֹ *& benignitatem suam,* Psal.66.20. לְחַסְדּוֹ *in benignitate ejus.* In plurali, converso posteriori (ֶ) in (ָ) & priori in (ֲ) R.121. facit חֲסָדִים Cum Affix. חֲסָדֶיךָ *benignitates tuæ,* & cum defectu (י) חֲסָדֶךָ Ps.119.41. *Recordare miserationem* וַחֲסָדֶיךָ *& benignitatum tuarum,* Ps.25.6. *Secundùm multitudinem* חֲסָדָו *benignitatum suarum,* Ps. 106.45. suppresso (י) pro חֲסָדָיו In Regimine, mutato (ָ) in (:) R.114. (ֲ) sub ח amittit suum (:) R.15. fit חַסְדֵי *Benignitates Jehovæ,* Ps.89.2.

246 אָבוֹא A-bhó] *ingrediar.* A בוא *venire, ingredi,* Fut. Kal, quod in Psalm. flectitur sic, אָבוֹא *veniam, ingrediar,* (pro analogo אֶבְוֹא R.58. esset enim radix regulariter בָּוָא) & cum defectu ו, אָבֹא *ingrediar,* Ps.118.19. Et cum ה parag. וְאָבוֹאָה *& intrabo,* Psal. 43.4. תָּבוֹא *venies, ingredieris,* יָבוֹא (& יָבֹא) *veniet, & ingredietur,* וַיָּבֹא *& venit,* Psal. 105.23. cum ו conversivo Futuri. תָּבוֹא *veniet* fœm. sc: anima. Ps. 49.20. Et sine ו, וְשַׁוְעָתִי תָּבֹא *& clamor meus veniet,* Ps.18.7. וַתָּבֹא *& venit.* Ps.109.8. cum ו conversivo. אַל־תְּבוֹאֵנִי *ne aggrediatur me pes superbiæ,* Ps.36.12. (ubi ob Affixum (ָ) sub ת transit in (:) R. 114.) Et sic, וַתְּבוֹאֵהוּ *& evenit ei,* Ps.109.17. In plur. נָבוֹאָה *veniemus,* Ps.132.7. cum ה paragogico. יָבוֹאוּ (& יָבֹאוּ) *venient,* יְבֹאוּן *ingredientur,* Ps.95.11. (ubi ob ן paragogic. (ָ) transit in (:) Et sic cum Affix. יְבֹאוּנִי *obvenient mihi,* Ps.119.77. וִיבֹאֻנִי *& evenient mihi,* Ps.119.41. cum (ֻ) loco וּ R.107. sublato (:) sub (י) ob præcedens (.) R.8. In tertia plur. fœm. תְּבוֹאֶינָה *venient,* Ps. 45.16. ubi ante syllabam afformativam נָה est (י) Epentheticum, pro תְּבֹאנָה

247 בֵּיתְךָ Be-thé-cha] *domum tuam.* בַּיִת *ædes, domus,* in genere notat quamcunque mansionem. הַבַּיִת *illa domus.* In Regim. & cum Affixis, contracto (-) & (.) in (..) R.124. fit. בֵּית *domum Domini,* Ps.42.5. מִבֵּית *è domo Jehovæ,* Psal.118.26. לְבֵית *in domum munitionum,* Ps. 31.3. בְּבֵית *in domo Jehovæ.* Psal.23.6. בֵּיתִי *domus mea,* בֵּיתֶךָ *domus tua,* מִבֵּיתְךָ *è domo tua,* לְבֵיתְךָ *domui tuæ,* בֵּיתוֹ *domus ejus.* בְּבֵיתוֹ *in domo ejus. Posuit eum Dominum* לְבֵיתוֹ *domus suæ,* Ps.105.21. *Ciconia, in abietibus* בֵּיתָהּ *domus ejus,* Ps.104.17. i.e. nidus, quemadmodum dicitur Ps.84.4. *Etiam passer invenit* בַּיִת *domum.* i.e. nidum. Sic quoque Virgil.2. Georg. *Antiquásque domos avium, cum stirpibus imis Eruit.* Cum ה *Locali,* R.102.n.2. posterior vocalis mutatur in (:) R. 124.

Ha-

Habitare faciens unicos בַּיְתָה *in domo*, Pſ.68.7. i.e. efficit ut familiam habeant & multiplicentur. In plurali aſſumit dageſh, בָּתִּים (battím) *domus*, pro בַּנְתִּים q. ex בָּנָה *ædificavit*: éſtque præter linguæ analogiam cum vocali longa (ָ) ante dageſh ſine accentu, ídque ut differat à בַּתִּים *bathi* (*bathus nomen menſuræ*) & בָּתִּים *deſolati*. Cum Affixo, בָּתֵּימוֹ *domus eorum*, Pſ. 49.12.

248 אֶשְׁתַּחֲוֶה Eſh-ta-hhavé] *incurvabo meipſum*. Targ. אֶסְגֹּד LXX προσκυνήσω *adorabo*. A שָׁחָה *incurvatus, humiliatus fuit*, In Hithpah. הִשְׁתַּחֲוָה *incurvavit ſe, inclinavit ſe*, adorandi cauſâ: totum corpus depreſſit. Eſt verbum irregulare, nam ante ה ſemper aſſumit ו R.66. n. 2. Fut. Hithpah. quod in Pſalm. flectitur ſic: אֶשְׁתַּחֲוֶה *incurvabo me*, (pro אֶתְשַׁחֲוֶה tranſpoſito ש & ת, R.47. n.1.) תִּשְׁתַּחֲוֶה *incurvabis te*, נִשְׁתַּחֲוֶה *incurvabimus nos*, In tertia plur. abjecto ה ante ו R. 66. יִשְׁתַּחֲווּ *incurvabunt ſe*, וְיִשְׁתַּחֲווּ *& incurvabunt ſe*, וַיִּשְׁתַּחֲווּ *& incurvârunt ſe*, Pſ.22.30. cum ו converſivo Futuri.

249 אֶל־הֵיכַל El-he-chál] *ad templum*, Nom. maſc. הֵיכָל *palatium, regia*, domus magnifica. Tabernaculum fœderis primò, poſt Templum Salomonis eo nomine dictum fuerat. In Regimine converſo (ָ) in (ַ) R.115. fit הֵיכַל *templum*, בְּהֵיכַל *in templo ſanctitatis ſua*, Pſ.11.4. It. *In palatio regis*, Pſ. 45.6. Cum Affix. *In medio* הֵיכָלֶךָ *templi tui* Pſ.48.10. מֵהֵיכָלֶךָ *ex templo tuo*, מֵהֵיכָלוֹ *è templo ejus*, בְּהֵיכָלוֹ *in templo ejus*, וּבְהֵיכָלוֹ *& in templo ejus*. In plur. הֵיכָלִים unde in Regim. mutato (ָ) in (:) R.114. מִן־הֵיכְלֵי *è palatiis dentis*, Pſalm.45.9.

Verſ.9.

250 נְחֵנִי Nehhé-ni] *duc me*. A נָחָה *duxit, deduxit*. Imper. Kal, occurrit in Pſalm. cum Affixo tantùm, נְחֵנִי *duc me* (pro נְחֵהֵנִי excluſo ה. R. 103.) וּנְחֵנִי *& duc me*, Pſ.27.11.

251 בְצִדְקָתֶךָ Bhetſidh-ka-thé-cha] *in juſtitia tua*. A צָדַק *juſtificavit*, Nom. fœmin. צְדָקָה *juſtitia*. Pſ.24.5. *Tollet benedictionem à Jehova*, וּצְדָקָה *& juſtitiam*, i.e. beneficium. LXX ἐλεημοσύνην. בִּצְדָקָה *in juſtitia*, Pſ.72.3. (ubi ב cum (.) ob ſequens (:) R.6. & ſic) לִצְדָקָה *in juſtitiam*, Pſ.106.31. Cum Affix. mutato ה in ת, & (ָ) penult. in (:) ex priori (:) fit (.), facítque צִדְקָתְךָ *juſtitia tua*, (in pauſa ךָ) בְּצִדְקָתְךָ (in pauſa ךָ) *in juſtitia tua*, וּבְצִדְקָתֶךָ וְצִדְקָתְךָ *& juſtitia tua*. *& in juſtitia tua*. צִדְקָתוֹ *juſtitia ejus*, וְצִדְקָתוֹ *& juſtitia ejus*. In plur. צְדָקוֹת *juſtitias diligit*, Pſ.11.7.

252 לְמַעַן Lemá-yan] *propter*. מַעַן vox indeclinabilis, & ſemper habet adjunctũ ל, Cum verbo ſignificat *Ut*, ſine verbo, *propter, propterea, eò quòd*. לְמַעַן חַסְדֶּךָ *propter benignitatem tuam*, Pſ. 6.5. וּלְמַעַן שִׁמְךָ *& propter nomen tuum*, Pſ.31.4. לְמַעַן תִּצְדַּק *ut juſtificeris*, Pſ.51.6. לְמַעַן תִּוָּרֵא *ut timearis*, Pſ.130.4. &c. (additur verbo in omnibus temporibus.) Poteſt referri ad עָנָה *reſpondit*, q. cauſæ redditionem & reſponſionem diceres.

253 שׁוֹרְרָי Sho-rerái] *inimicos meos*. Targ. *Propter* תּוּשְׁבַּחְתִּי *laudem meam*. q. eſſet à שׁוּר *cecinit, laudavit*. A שָׁרַר *intuitus, contemplatus eſt, obſervavit*. Benoni Kal, quod ſemper ſumitur in malum שׁוֹרֵר *contemplator, obſervator, hoſtis*, qui aliorum actiones obſervat. &c. Legitur in Pſalm. in plur. tantùm cum Affix. שׁוֹרְרַי & in pauſa שׁוֹרְרָי

שׁוֹרְרָי *inimicos meos*, Psal. 27. 11. לְשׁוֹרְרָי *hostibus meis*, בְּשׁוֹרְרָי *in hostes meos*. Et contractè, בְּשׁוּרָי *in observatoribus meis*, Psal. 92. 12. quod tamen satius est referre ad שׁוּר quod est ejusdem significationis, *oculos intendere, solicitè observare, insidiari.*

254 הַוֹשַׁר Hav-shár] *Dirige*. A יָשַׁר *rectus, planus fuit*. In Hiph. mutato (י) in ו R. 57. הוֹשִׁיר *rectum fecit, rectificavit, direxit, complanavit*. Imperativ. Hiph. הַוְשַׁר *complana*, cum (-) in ultima, loco (..) propter ר R. 108 et cum ו mobili, loco וֹ ex Syriacismo, R. 135. pro הוֹשֵׁר Masorethæ (ut est in margine Psalterii) legunt הַיְשַׁר quasi illud ו in הַוֹשַׁר sit (י) protractum ob aliquod mysterium.

255 דַּרְכֶּךָ Dar-ké-cha] *Viam tuam*. דֶּרֶךְ *via*, suprà Num. 8. Cum Affixis, mutat utrumque (..) in (:) R. 122. & prius (:) in (-) R. 6. *Et posuit integram* דַּרְכִּי *viam meam*, Psal. 18. 33. *Doce me* דַּרְכֶּךָ *viam tuam*, Psal. 27. 11. דַּרְכּוֹ *via ejus*, וְדַרְכּוֹ *& via ejus*. דַּרְכָּם *via eorum*. In plur. mutato priori (..) in (:) & posteriori in (.) R. 122. fit דְּרָכִים *viæ*. Cum Affix. *Custodiam* דְרָכַי *vias meas*, Psal. 39. 2. In pausa, *Non noverunt* דְּרָכָי *vias meas*, Psal. 95. 10. בִּדְרָכַי *in viis meis*. דְּרָכֶיךָ *Vias tuas doce me*, Psal. 25. 4. *Ad custodiendum te in omnibus*, דְּרָכֶיךָ *viis tuis*, Psal. 91. 11. i. e. quicquid egeris in hac vitâ. *Notas fecit* דְּרָכָיו *vias suas*, Psal. 103. 7. Et deficiente (י) דְּרָכָו Psal. 10. 5. בִּדְרָכָיו *in viis suis*. In Regimine, mutato (.) in (:) R. 114. ex priori (:) fit (-) R. 6. דַּרְכֵי *vias Jehovæ*, Psal. 18. 22. בְּדַרְכֵי *in viis Jehovæ*, Psal. 138. 5.

Vers. 10.

256 בְּפִיהוּ Bephí-hu] *In ore ejus*. פֶּה *os oris*, concavum illud in quo continentur lingua & dentes; metaphoricè de quacunque concavitate dicitur, imò & gladio (propter voracitatem) tribuitur. In Regimine facit פִּי mutato ה in (י) פִּי *os justi*, Psal. 37. 30. *Quod descendit* עַל פִּי *super os vestium ejus*, Psal. 133. 2. Targ. אִמְרָא *oram vestis ejus*. Rabbinis dicitur בֵּית הַצַּוָּאר *domus colli*, est enim in tunicis inconsutilibus supernè os angustum, per quod induuntur ad collum. מִפִּי *ex ore infantium*, Ps. 8. 3. Cum Affixis, itidem mutat ה in (י) atque sic Affixum singulare primæ personæ, & Regimen confunduntur. פִּי *os meum*, מִפִּי *ab ore meo*, וּפִי *& os meum*, לְפִי *ori meo*, בְּפִי *in ore meo*, פִּינוּ *os nostrum*, פִּיךָ *os tuum*, פִּיו *& os ejus*. בְּפִיו & בְּפִיהוּ *in ore ejus*, פִּיהָ *os suum*, Ps. 69. 16. מִפִּיו *ex ore ejus*, פִּיהֶם & פִּימוֹ *os eorum*, בְּפִיהֶם & בְּפִימוֹ *in ore eorum*.

257 נְכוֹנָה Necho-ná] *Recta*, i. e, *rectum*: Nam adjectivum absolutè positum, neutraliter effertur, R. 28. A כּוּן in Niph. quiescente ו in וֹ R. 61. נָכוֹן *aptus paratus, firmus, certus, rectus fuit*. Particip. Niph. *Ego ad claudicationem* נָכוֹן *aptus*, Psal. 38. 18. i. e. dispositus. נָכוֹן *Rectum est cor meum*, Psal. 57. 8. *Cor ipsorum non est* נָכוֹן *paratum*. Targ. מְהֵימַן *fidele*. In fœmin. mutato (.) in (:) R. 114. נְכוֹנָה *certum*. LXX. ἀλήθεια *veritas*.

258 קִרְבָּם Kir-bám] *Intimum illorum*. A קָרַב *appropinquavit*, קֶרֶב *propinquum, intimum, medium*, pars interior cujusque rei, quæ aliis partibus propinquissima. Cum Præfix. מקרב

מִקֶּרֶב *è medio*, וְקֶרֶב *& intimum*, בְּקֶרֶב *in medio*. Cum Affix. correpto utroque (ֶ) in (:) R. 122. ex priori (:) fit (ִ) R. 6. *Incaluit cor meum* בְּקִרְבִּי *in medio mei*, Psal. 51. 12. Targ. בְּגוּשְׁמִי *in corpore meo*. בְּקִרְבֵּךְ *in medio tui* (fœmin. scil. Jerusalem) Ps. 147. 3. בְּקִרְבּוֹ *in medio ejus*. mascul. בְּקִרְבָּהּ *in medio ejus*. fœm. Psal. 55. 11. קִרְבָּם *Intimum eorum*, *domus ipsorum in seculum*, Psal. 49. 12. i. e. hæ sunt cogitationes ipsorum, domus ipsorum fore perpetuas. LXX. οἱ τάφοι αὐτῶν *sepulchra eorū*, transpositis literis legerunt קִבְרָם à קֶבֶר *sepulcrum*. בְּקִרְבָּם *in medio eorum*. Unde וּבְקִרְבָּם *& in intimo eorū maledicent*, Ps. 62. 5. Targ. בְּלִבְּהוֹן *in corde suo*. In plurali, mutato priori (ֶ) in (:) et posteriori in (ָ) R. 122. fit קְרָבִים unde cum Affixo, *Et omnia* קְרָבַי *interiora mea*, Psal. 103. 1. i. e. renes, cor, &c.

259 הַוּוֹת Hav-vóth] *Ærumnæ*. Targ. גּוּפֵיהוֹן מַלְיָן אִתְרְגוּשְׁתָּא *corpora eorum plena sunt tumultu*. LXX. ἡ καρδία αὐτῶν ματαία *cor eorum vanum est*. A הָוָה *fuit*. Nom. fœm. הַוָּה quicquid fit aut evenit, *accidens*, *eventus*, sed semper dirus & malus, *calamitas*, *infortunium*, *damnum*. Cum Affixo, *corroborabitur* בְּהַוָּתוֹ *in ærumna sua*, Psal. 52. 9. Targ. בְּמָמוֹנֵהּ *in mammone suo*, i. e. in divitiis suis, ab הַוָּה *opulentia*, *opes*. In plur. *Locuti sunt* הַוּוֹת *pravitates*, Psal. 38. 13. Targ. שִׁקְרָא *mendacium*, Psal. 52. 4. הַוּוֹת *ærumnas cogitabit lingua tua*, Psal. 91. 3. *A peste* הַוּוֹת *ærumnarum*, i. e. ærumnosissima.

260 קֶבֶר Ké-bher] *Sepulcrum*. A קָבַר *sepelivit*, Nom. masc. קֶבֶר *sepulcrum*, sepeliendi locus. בַּקֶּבֶר *in ipso sepulcro*, Ps. 88. 12. excluso ה Emphat.

261 פָּתוּחַ Pa-thuáh] *Apertum*. A פָּתַח *aperuit*, Pahul Kal, quod notat passionem adhuc durantem פָּתוּחַ *semper patens*, paratum ut cadavera in illud conjiciantur. Targ. הֵיךְ שְׁיוֹל פְּתִיחַ *sicut infernus patens*.

262 גְּרוֹנָם Gero-nám] *Guttur eorum*. A גָּרָה *attraxit*, *excitavit* sc. bellum, Nom. masc. Heemanthic. sine plurali גָּרוֹן *guttur*, ab excitatione spirituum. Cum Affixis, mutat (ָ) in (:) fitque גְּרוֹנִי *guttur meum*, גְּרוֹנָם *eorum*. בִּגְרוֹנָם *in gutture eorum*. Quidam deducunt à גָּרַר *succîdit*, *ruminavit*; sed quoniam cum Affixis mutat (ָ) in (:) est formæ רָצוֹן à רָצָה Nam si esset à גָּרַר (ָ) immutabile maneret, quoniam includeret dagesh compensativum, pro גָּרּוֹן

263 לְשׁוֹנָם Lesho-nám] *Linguâ eorum*, pro בִּלְשׁוֹנָם cum ellipsi. Nom. commun. gener. sed fœmin. sæpius, לָשׁוֹן *lingua*, non solùm corporis membrum significat, verùm etiam *sermonem*, & *sermonis idioma*. אִישׁ לָשׁוֹן *Vir linguæ non stabilietur in terra*. Psal. 140. 12. i. e. vir maledicus. Targ. גְּבַר דְּמִשְׁתְּעֵי לִשָּׁן תְּלִיתָאִי *vir qui loquitur linguâ tertiâ*, i. e. delator, obtrectator, *calumniator*, qui lædit tres animas, מְסַפֵּר *narrantis*, מְקַבֵּל *accipientis*, וּמִי שֶׁנֶּאֱמַר עָלָיו *& ejus de quo dicitur*, conscientiam suam atrociter sauciat, auditorem veritate privat, & delatum injuriâ afficit. Et verissimè Herodotus; Διαβολή ἐστι δεινότατον, ἐν τῇ δύο μέν εἰσι οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος. *Calumnia res iniquissima: in qua duo quidem sunt qui inferunt injuriam, unus qui ferat*. Cum Præfixo, מִלָּשׁוֹן *à lingua dolosa*, Psalm 120. 2. In Regimine, cum Affixis, & plurali numero, mutato (ָ) in (:) R. 114. facit לְשׁוֹן *linguam*

canum tuorum, Psal. 68. 24. לְשׁוֹנִי *lingua mea*, וּלְשׁוֹנִי *& lingua mea* בִּלְשׁוֹנִי *in lingua mea.* וּלְשׁוֹנֵנוּ *& lingua nostra*, לִלְשֹׁנֵנוּ *cum lingua nostra prævalebimus*, Ps. 12. 5. לְשׁוֹנְךָ *lingua tua*, וּלְשׁוֹנְךָ *& lingua tua*, לְשׁוֹנוֹ *lingua ejus*, וּלְשׁוֹנוֹ *& lingua ejus.* לְשׁוֹנָם *lingua eorum*, וּלְשׁוֹנָם *& lingua eorum*, וּבִלְשׁוֹנָם *& in lingua eorum.* In plur. fœminino. *A lite* לְשׁוֹנוֹת *linguarum*, Psal. 31. 21.

264 יַחֲלִיקוּן Ja-hhali-kún] *Dolosè blandiuntur.* A חָלַק *molle, tenue, glabrum, lubricum reddidit*: de lingua, *blanditus, adulatus est*, q. sermonem glabrum effecit. Fut. plur. Hiph. cum ן paragogico, יַחֲלִיקוּן Targ. מְשַׁעֲיִן *lenificant.* LXX. ἐδολιοῦσαν *dolosè agebant.*

Vers. 11.

265 הַאֲשִׁימֵם Ha-ashi-mém] *Reos fac eos*, Targ. הַיֵב לְהוֹן *condemna eos*, LXX. κρῖνον αὐτοὺς *judica eos.* Ab אָשַׁם *vastavit, deliquit, in culpa fuit.* In Hiph. הֶאֱשִׁים *devastavit, delinquere fecit, reum effecit*: quod semel tantùm legitur in SS. hoc loco in Imperat. הַאֲשִׁימֵם *delinquere fac eos*, vel *devasta eos.*

266 אֱלֹהִים Elo-hím] *O Deus.* Vide suprà Num. 137.

267 יִפְּלוּ Jip-pelú] *Cadent.* Targ. יִתְבַּטְּלוּן *irretiti fient.* A נָפַל *ruit, corruit, cecidit, decidit* è loco superiori in inferiorem. Fut. Kal, quod commutatâ primâ radicali נ in dagesh, R. 69. in Psalm. flectitur sic: יִפּוֹל *cadet*, &] ob Maccaph correpto ו in (..) R. 134. יִפָּל־ Psal. 35. 8. וַיִּפּוֹל *& cecidit*, Psal. 7. 16. cum ו conversivo Futuri, R. 79. תִּפּוֹלוּ *cadetis*, Psal. 82. 7. cum ו loco (:) ob accentum Sylluk. R. 132. יִפְּלוּ *cadent.*

1403 בִּלַּעֲנוּהוּ Bil-layn-nú-hu] *penitus deglutivimus eum.* Targ. גַּמַּרְנָא יָתֵהּ *consumpsimus eum.* A בָּלַע *citò absorbuit, deglutivit*, in Pih. בִּלַּע idem, nisi quòd à suo Kal, significationem nonnihil augeat. Prima pers. pl. Pr. Pihel cum Affix.

Vers. 26.

1404 שְׂמֵחֵי Seme-hhé] *lætantes.* A שָׂמַח *lætatus est.* Nom. Participiale Kal, שָׂמֵחַ *lætans, lætus, hilaris.* In plur. שְׂמֵחִים *læti*, Psal. 126.3. In Regim. שְׂמֵחֵי In fœm. שְׂמֵחָה *lætabunda*, Ps. 113.9.

1425 יִלְבְּשׁוּ Jil-beshú] *vestientur.* A לָבַשׁ *indutus, vestitus fuit*, cum Accusativo, *induit.* Fut. Kal, וַיִּלְבַּשׁ *& vestitus fuit*, Psalm. 109.18. cum ו convers. Plur. יִלְבְּשׁוּ *induentur.* Ibid. vers. 29.

1406 בֹשֶׁת Bhó-sheth] *pudore.* LXX. αἰσχύνην *confusione.* A בּוֹשׁ *puduit*, Nom. fœm. sine plur. בֹּשֶׁת *pudor*, res turpis & fœda; & aliâ formâ בּוֹשָׁה Psal. 89.46. Cum Præfix. וּבֹשֶׁת *& pudor*, Psal. 44.16. Cum Affix. mutato ו in (·ׄ) R.118. & (ְ) in (:) R. 122. וּבָשְׁתִּי *& pudor meus*, Psal. 69. 20. בָּשְׁתָּם *pudor eorum*, Ps. 40.16.

Vers.

Verſ. 27.

1407 יָרֹנּוּ Ja-rón-nu] *Cantabunt.* A רָנַן *cecinit.* Fut. Kal, regulariter eſſet יְרַנּוּן at per ſyncop. fit יָרֹן R. 70. in pl. יָרֹנּוּ.

1408 יִגְדַּל Jigh-dál] *honorabilis ſit*, vel ut LXX. μεγαλυνθήτω *magnificetur.* A גָּדַל *magnus fuit*, quantitate, vel qualitate, honorabilis, excellens fuit. Fut. Kal, יִגְדַּל Pſ. 40. 17.

PSALMVS XXXVI. לו

Verſ. 2.

1409 נְאֻם Neüm] *Dictum* prævaricationis. A נָאַם *dixit, elocutus fuit.* Legitur ſemel tantùm in Fut. Kal, Jer. 23. 31. At frequens in Pahul Kal, נָאוּם ſed ſemper in ſtatu conſtructo נְאֻם (mutato (ˉ) in (:) R. 114. & ו in (ֻ) R. 107.) *dictum, verbum, ſermo.* נְאֻם יְהוָה *dictum Jehovæ*, Pſalm. 110. 1. ſermo Dei eſt, LXX. εἶπεν ὁ κύριος *dixit Dominus.*

Verſ. 3.

1410 הֶחֱלִיק He-hhelík] *blanditus fuit.* Præt. Hiph. cum (ֱ) ſub ח quod punctuat præcedentem. Vide ſuprà Num. 264.

1411 לִשְׂנֹא Liſ-nó] *ad odio habendum.* A שָׂנֵא *odit.* Infinit. Kal, שְׂנֹא cum ל notâ Gerundii לִשְׂנֹא *ad odiendum*, Pſ. 105. 24.

Verſ. 4.

1412 חָדַל Hha-dhál] *ceſſavit*, Præt. Kal, חָדַל *deſiit, ceſſavit, deſtitit.* וְחָדַל *& deſtitit*, Pſ. 49. 9.

1413 לְהַשְׂכִּיל Lehaſ-kíl] *ad intelligendum.* A שָׂכַל Num. 106. Infin. Hiph.

1414 לְהֵיטִיב Lehe-tíbh] *ad bene agendum.* A יָטַב Num. 1299. Infin. Hiph.

Verſ. 5.

1415 יִמְאָס Jim-ás] *ſpernet.* A מָאַס Num. 642. Fut. Kal, quod in Pſal. flectitur ſic: וַתִּמְאַס *& ſpreviſti*, Pſal. 89. 39. cum ו Converſ. & (ˉ) ob pauſam. יִמְאָס *ſpernet.* Cum ו Converſiv. וַיִּמְאַס *& ſprevit*, Pſal. 78. 56. plur. וַיִּמְאֲסוּ *& ſpreverunt*, Pſ. 106. 24.

Verſ. 7.

אָדָם וּבְהֵמָה תוֹשִׁיעַ *Hominem & jumenta ſalvabis*, ſcil: ſalute corporali, *dans eſcam omni carni*, Pſal. 136. 25. veſtitum, ſanitatem, prolem, &c. & ſalvo homine, jumenta quoq; incolumitate potiuntur, utpote ejus obſequio mancipata; ipſo deleto, etiam ipſa deleri neceſſe eſt.

Verſ. 8.

1416 מַה־יָּקָר Maj-ja-kár] *Quàm precioſa eſt* benignitas tua. A יָקַר *pretioſus, charus fuit.* Nom. m. יָקָר *pretioſus, carus* (ſcil: ab ipſa Hebr. voce.) (ּ) eſt cum *Dahhik.* R. 134. n. 1.

Verſ. 9.

1417 יִרְוְיֻן Jir-vejün] *Inebriabuntur*, i.e. uberrimè explebuntur. A רָוָה *inebriatus fuit, ſatur fuit* liquore, ſicut שָׂבַע cibo. Fut. plur. Kal, mutato ה in (ְ) mobile, R. 66. n. 1. cum (ֻ) loco ו R. 107. & ן paragog. R. 102. n. 5. pro יִרְווּ.

1418 מִדֶּשֶׁן Mid-dé-ſhen] *à pinguedine* domus tuæ, i. e. deliciis, quæ hîc per guſtum quidem percipiuntur, at in cœlo per rem & plenè: unde verſ. ſequ. dicitur, *Tecum eſt fons.* A דָּשַׁן Num. 939. Nom. m. דֶּשֶׁן *cinis*, in qua ſignificatione 7 legitur in SS. hinc *fœlicitas.*

tus, delicia, pinguedo. In pausa scribitur דָּשֶׁן Psalm. 67. 5.

1419 עֲדָנֶיךָ [Gnadha-né-cha] (& torrente) *deliciarum tuarum.* Nom. radicale עֵדֶן *voluptas, delicia,* esus, vestitus, vel alterius rei: (unde regio Orientis עֵדֶן *Eden,* quòd deliciis omnibus abundaret, in qua Deus hortum plantârat.) In plur. mutato (..) in (-) R. 116 & (:) in (-) R. 122. עֲדָנִים Cum Affix. עֲדָנֶיךָ legitur h. l. tantùm in Psalm.

1420 תַּשְׁקֵם Tash-kém] *potabis eos.* A שָׁקָה *bibit,* in Hiph. הִשְׁקָה *bibendum dedit, potavit, prabuit, propinavit,* Fut. Hiph. In secunda pers. תַּשְׁקֶה Cum Affix. excluso ה R. 103. תַּשְׁקֵם *bibere facies eos,* Cum ו Convers. וַתַּשְׁקֵמוֹ *& bibere fecisti eos* Ps. 80. 6. In tertia pers. יַשְׁקֶה *potare faciet,* & apocopato ה ob ו Convers. R. 67. וַיַּשְׁקְ *& potum prabuit,* Psal. 78. 15. expresso (:) sub ק R. 9. In plur. excluso ה R. 66. יַשְׁקוּ *potabunt,* Psal. 104. 11. Cum Affix. יַשְׁקוּנִי *bibendum dabunt mihi,* Ps. 69. 22.

Vers. 10.

1421 מְקוֹר Mekór] *fons.* Targ. טִיפֵי מַיִן חַיִּין *stillicidia aqua viventis,* omnis generis bona. A קוּר *fodere* propriè aquæ venam. Nom. Heemanth. מָקוֹר *fons, scaturigo.* In Regim. mutato (-) in (:) R. 114. מְקוֹר Cum Præfix. מִמְּקוֹר *è scaturigine,* Ps. 68. 27.

Vers. 11.

1422 מְשֹׁךְ Meshóch] *Protende.* A מָשַׁךְ *traxit, protendit,* Imper. Kal.

Vers. 12.

1423 תְּנִידֵנִי Teni-dhé-ni] *dimoveat me,* inducat me ad errandum. A נוּד *vagari,* In Hiph. abjecto ו, R. 58. הֵנִיד *vagare, errare fecit, movit,* Fut. Hiph. תָּנִיד & ob Affix. mutato (-) in (:) R. 114. תְּנִדֵנִי cum defectu (י)

Vers. 13.

1424 דֹּחוּ Dó-hhu] *impulsi sunt.* A דָּחָה suprà Num. 1370. In Pyhal. דֹּחָה *impulsus fuit,* pro דֻּחָה compensato dagesh per ו R. 19. in plur. excluso ה, R. 66. דֹּחוּ Legitur h. l. tantùm in SS.

PSALMVS XXXVII. לז

¶ Vulgò hic Psalm. etiam refertur inter Alphabeticos; in quo alterni versu sordinem Alphabeti sequuntur, solo ע excepto, quod planè omittitur, & duo vers. (29. & 32.) à צ incipiunt: ac versu 39. qui à ת incipere debuit, litera ו voci תְּשׁוּעַת præfigitur.

1425 תִּתְחַר Tith-hhár] (ne) *te iratum facias,* in malignos. Targ. addit דְּמֶהֱוֵא דְּכְוַתְהוֹן *ut fias similis illis.* Ab חָרָה Num. 758. in Hithp. הִתְחָרָה *se iratum fecit, ira, excandescentia se tradidit.* Legitur tantùm in Fut. hoc Ps. & Prov. 24. 19. pro תִּתְחָרֶה Sed apocopato ה R. 67. & mutato (-) in (-) fit תִּתְחַר Quibusdam placet à Syriaco ܐܬܚܪ תְּחַר *rixari, se immiscere:* sicque erit Fut. Kal, אַל־תִּתְחַר *ne te immisceas* cum malignantibus.

1426 תְּקַנֵּא Tekan-né] (ne) *æmuleris.* in facientes iniquitatem, Targ. addit, טוּלְמָא לְמִזְדַּן עִמְּהוֹן *ut superbias cum eis.* A קָנָא *zelotypia arsit, zelatus fuit.* Est autem *zelari,* in rem alterius concupiscen-

cupiſcentiâ maximâ ferri, vel tuendi, vel auferendi gratiâ) Fut. Pih. אַל תְּקַנֵּא *ne zeles*, in pl. cum ו Converſ. וַיְקַנְאוּ *& zelarunt contra Moſen*, Pſ. 106. 16. pro וַיְקַנְּאוּ excluſo utroque dageſh, R. 20.

Verſ. 2.

1427 כֶּחָצִיר Ke-hha-tsír] *ſicut ipſum gramen.* Ab חָצֵר *atrium, villa*, Nom. m. חָצִיר *gramen*, herba oblongior creſcens in locis incultis, in atriis, villis. Cum ה Emphat. eſſet הַחָצִיר at (-) ante guttural. kametſatam tranſit in (ָ) R. 109. fitque הֶחָצִיר & excluſo ה Emphat. R. 81. כֶּחָצִיר *ſicut ipſum gramen dies ejus*. Pſal. 103.15. (proſperitas brevis!) In Regim. mutato (ָ) in (ֲ) quod punctuat præcedentem. כַּחֲצִיר גַּגּוֹת *ſicut gramen tectorum*, Pſ. 129. 6. quod ex rimis tectorum naſcitur, & citò creſcit ac areſcit.

1428 יִמָּלוּ Jim-má-lu] *ſuccidentur.* A מוּל *ſuccidere, exſcindere*, in Niph. quieſc. ו in ו R. 61. נָמוֹל *præciſus, ſucciſus, exciſus fuit*. In Fut. Niph. יִמַּל in pauſa יִמָּל in plur. יִמָּלוּ ut Job 24. 24. כְּרֹאשׁ שִׁבֹּלֶת יִמָּלוּ *ſicut caput ſpicæ ſuccidentur.*

1429 וּכְיֶרֶק U-chejé-rek] *& ſicut viror.* A יָרַק *ſpuit*, Nom. m. ſine pl. יֶרֶק *viror, viriditas* herbæ arborum, q. viride ſit expuitio terræ. Sexies legitur in SS.

Verſ. 3.

1430 שְׁכָן Shechon] *inhabita.* A שָׁכַן *habitavit, manſit*. Imper. Kal, וּשְׁכֹן *& habita*, v. 27. Ob Maccaph mutato ו in (ָ) R. 134. שְׁכָן

Verſ. 4.

1431 וְהִתְעַנַּג Vehith-ɣan-nágh] *Et oblectare temetipſum.* A עָנַג *oblectatus fuit*. Imper. Hithp. cum (-) loco (ֵ)

Verſ. 5.

1432 גּוֹל Gol.] *Volve* à te, à corde tuo, *ſuper Dominum viam tuam*, negotia, curas, *& ipſe faciet*, perficiet, confecta dabit. Imper. Kal, ſuprà Num. 984.

Verſ. 6.

1433 וְהוֹצִיא Veho-tsí] *Et exire faciet*, i. e. educet. A יָצָא *exiit*. Præt. Hiph. mutato (י) in ו, R. 57. הוֹצִיא *eduxit, exire fecit*, cum ו Converſ. Præteriti.

1434 כַּצָּהֳרָיִם Cats-tſo-horá jim] (& judicium tuum) *tanquam ipſam meridiem*, i. e. juſtam cauſam tuam ſenſim magis magíſque inclareſcere faciet. A צֹהַר *lux, lumen*, Nom. Dual. צָהֳרַיִם *meridies*, quando lux ſatis eſt clara, q. duæ luces: prima à mane uſque ad meridiem, cui 4 horas tribuunt, ſecunda à meridie ad initium occaſus quæ 6 horas complectitur; ipſa a. meridies, duas. In pauſa צָהֳרָיִם Cum Præfix. וְצָהֳרַיִם *& meridies*, כַּצָּהֳרָיִם *ſicut ipſa meridies*, excluſo ה Emphat.

Verſ. 7.

1435 וְהִתְחוֹלֵל Vehith-hho-lél] (Sile Domino) *& expecta eum*. Vel *& redde te dolorem*, i. e. affligas te, dolores tuos illius gratiâ libenter ſuffer. LXX. καὶ ἱκέτευσον αὐτὸν *& ora eum* (q. ab חָלָה *faciem deprecatus eſt*). Ab חוּל *dolere*, Num. 502. It. *ſperare, expectare*, q. à יָחַל In Hithp. quieſcente ו in ו & geminatâ tertiâ, R. 6?. הִתְחוֹלֵל *ſemetipſum reddidit dolorem*, vel *dolentem*, h. e. ſeipſum afflixit. Vel *anxiè expectavit*. Imper. Hithp.

במצליח

1436 בְּמַצְלִיחַ Bemats-líahh] *cum prospe-rè agente.* Part. Hiph. à צָלַח suprà Num. 37.

Vers. 8.

1437 הֶרֶף Hé-reph] *Desiste.* A רָפָה *lenis, debilis, remissus fuit*, in Hiph. הִרְפָּה *debile fecit, remissum reddidit.* It. *destitit, desiit, reliquit*, nam relicta q. remissa redduntur. Imper. Hiph. esset הַרְפֵּה at apocopato ה, assumit duplex (ֶ) R. 67. n. 4. sitque הֶרֶף In plur. הַרְפּוּ *desistite*, Ps. 46. 11.

1438 וַעֲזוֹב Va-ϒazóbh] *& derelinque.* A עָזַב Num. 532. Imper. Kal, עֲזוֹב cum (ֲ) à quo punctuatur ו

Vers. 9

1439 יִכָּרֵתוּן Jic-ca-ré-thun] *succidentur.* A כָּרַת *succîdit, excîdit, amputavit*, Fut. plur. Niph. יִכָּרְתוּ in pausa mutato (ְ) in (ֵ) R. 132. יִכָּרֵתוּ Cum ן parag. יִכָּרֵתוּן

Vers. 10.

1440 וְהִתְבּוֹנַנְתָּ Vehith-bo-nán-ta] *& considerabis.* A בּוּן *intelligere*, in Præt. Hithp. quiescente ו in ו R. 63. הִתְבּוֹנֵן *se intelligentem reddidit, perpendit, expendit.* In secunda pers. וְהִתְבּוֹנַנְתָּ cum ו Convers. Præt.

1441 וְאֵינֶנּוּ Vee-nén-nu] *& non ipse.* LXX. καὶ οὐ μὴ εὕρῃς *& non invenies* sc: locum ejus. אַיִן *non*, suprà Num. 134. Cum Affix. plerumque dicitur de iis de quibus nobis nihil certi constat. וְהִנֵּה אֵינֶנּוּ *& ecce non ille*, v. 36. *Priusquam abibo* וְאֵינֶנִּי *& non ego*, Psal. 39. 14. *In labore hominum* אֵינֵמוֹ *non illi* sc: sunt, Psal. 73. 5. *Perde in ira, perde*, וְאֵינֵמוֹ *& non ipsi*, Psal. 59. 14. עוֹד אֵינָם *donec non illi*, Ps. 104. 35.

Vers. 11.

1442 וְהִתְעַנְּגוּ Vehith-ϒan-neghú] *& oblectabunt se.* Præt. Hith. הִתְעַנֵּג paulò ante Num. 1431.

Vers. 12.

1443 זוֹמֵם Zo-mém] *Sceleratè cogitans est.* Ben. Kal, à זָמַם Num. 687.

1444 וְחֹרֵק Vehho-rék] *& quatiens dentibus.* Ab חָרַק *frenduit*, Ben. Kal.

Vers. 14.

1445 פָּתְחוּ Pa-thehhú] (Gladium) *aperuerunt*, i. e. evaginârunt, Targ. שְׁלְפוּ *extraxerunt.* Præt. Kal, פָּתַח clausum vel ligatum *aperuit, solvit.* In pausa פָּתָח Psal. 78. 23. In pl. פָּתְחוּ In pausa cum (ָ) פָּתָחוּ Ps 109. 2.

1446 לְהַפִּיל Lehap-píl] *ad cadere faciendum*, i. e. ut prosternant. A נָפַל *cecidit*, in Hiph. excluso נ, R. 69. הִפִּיל *cadere fecit, prostravit.* Gerund. Hiph. וּלְהַפִּיל *& ad dejiciendum*, Ps. 106. 27.

1447 לִטְבוֹחַ Lit-bóahh] *ad mactandum.* A טָבַח *mactavit*, propriè pecudes: refertur etiam ad homines, ut Ovid. *Totque simul mactare viros.* Gerund. Kal, ubi ל cum (ִ) ob sequens (ְ)

Vers. 15.

1448 תִּשָּׁבַרְנָה Tish-sha-bhár-na] *confringentur.* A שָׁבַר *fregit, confregit.* Tertia pers. pl. fœm. Fut. Niph. cum (ַ) loco (ֵ)

Vers. 16.

1449 מֵהֲמוֹן Me-hamón] *præ multitudine* (substantiâ) *impiorum.* LXX. ὑπὲρ πλοῦτον *super divitias.* Ab הָמָה vel הָמַן *tumultuatus est, sonuit.* Nom. masc

masc. הָמוֹן *tumultus, strepitus, populus, turba, multitudo*, quæ non fit sine strepitu הָמוֹן חוֹגֵג *multitudo, festum celebrans*, Pf. 42. 5. LXX. ἤχου ἑορτάζοντος *sonus festa celebrantis*. In Regim. converso (ָ) in (ֲ) R. 114: וַהֲמוֹן *& multitudo nationum*, Pf. 65. 8.

Vers. 17.

1450 וְסוֹמֵךְ Veso-méch] *&* (sed) *sustentans est* justos, ne corruant. A סָמַךְ *fulcivit*, re, fortunâ, fide, *sustentavit*. Ben. Kal, סוֹמֵךְ plur. סוֹמְכִים in Regim. בְּסוֹמְכֵי *in sustentantibus animæ meæ*, Psal. 54. 6. i. e. inter eos qui sustentant animam meam.

Vers. 19.

1451 רְעָבוֹן Reȝa-bhón] (in diebus) *famis* saturabuntur. A רָעֵב *esurivit*, Nom. m. Heemanth. רְעָבוֹן *fames, alimentorum penuria* animam meam.

Vers. 20.

1452 כִּיקַר Ki-kár] *ut preciosum*. A יָקַר retrò Num. 1416. Nom. m. יְקָר *pretiosum, charum, preciositas*. Cum Præfix. בִּיקָר *in honore*, Pf. 49. 13. ubi (:) sub (י) tollitur ob præcedens (.) R. 8. In Regim. correpto (ָ) in (-) R. 115. כִּיקַר *in preciositate*.

1453 כָּרִים Ca-rím] *arietum*. i. e. adipis quæ adolebatur. Targ. הֵיךְ יְקַר פַּלְגְסִין מִתְפַּטְמִין וְסוֹפֵיהוֹן מִתְנַכְסִין *sicut gloria vervecum impinguatorum, qui tandem jugulantur: sic gloria impiorum in fumo gehennæ consumetur*. LXX. ἅμα τοῦ δοξασθῆναι αὐτοὺς καὶ ὑψωθῆναι *simul ac honorificati fuerint ac exaltati*. Legerunt in Infinit. כִּיקָר *secundùm honorare*; כָּרִים *secundùm elevare*. Ab inusitato כָּרַר fit כַּר *aries, agnus*, ratio nominis ignota. In plur. loco dagesh compensativi, adsciscitur dagesh. *Induti sunt* כָּרִים *arietes grege*, Pf. 65. 14. LXX. οἱ κριοὶ *arietes*. Alii *pascua* vertunt.

Vers. 21.

1454 לֹוֶה Lo-vé] *Mutuatur*. A לָוָה *adjunxit, copulavit*. It. *mutuatus est, mutuo accepit*, qui enim mutuo accipit, addit seu devincit se & fidem suam alteri à quo mutuum accipit, Ben. Kal, exit in (ֶ) R. 65.

1455 חוֹנֵן Hho-nén] *gratiosè largitur*, gratificatur. LXX. οἰκτείρει *miseretur*. Ab חָנַן *gratiam fecit, misertus est*, Ben. Kal.

Vers. 22.

1456 מְבֹרָכָיו Mebho-ra-cáv] *benedicti ejus*, i. e. ab illo. A בָּרַךְ *benedixit*, Part. Pyh. מְבֹרָךְ *benedictus*, pro מְבֹרָךְ excluso dagesh R. 19. יְהִי שֵׁם יְהוָה מְבֹרָךְ *sit nomen Domini benedictum*, Pf. 113. 2. In plur. מְבֹרָכִים cum Affix. מְבֹרָכָיו.

1457 וּמְקֻלָּלָיו U-mekúl-leláv] *& maledicti ejus*, i. e. ab illo. A קָלַל re vel verbis aliquem *vilipendit, à levitate despectum habuit, maledixit*. Partic. Pyhal, מְקֻלָּל cum Affix. ut priùs.

Vers. 23.

1458 מִצְעֲדֵי Mits-ȝadhé] *gressus*, vel *passus* viri. A צָעַד *gressus, progressus est*, Nom. pl. Heemanth. מִצְעָדִים in Regim. correpto (ָ) in (ֲ) מִצְעֲדֵי

1459 כּוֹנָנוּ Co-ná-nu] *statuuntur*, vel *diriguntur*. A כּוּן *aptare, dirigere*, Præt. Pyh. quiescente ו in ו R. 63. כּוֹנֵן plur. כּוֹנָנוּ cum (ָ) ob pausam.

1460 יֶחְפָּץ [Jehh-páts] (& viam ejus) *acceptam reddet*, LXX. θελήσει σφόδρα *volet valdè*. Ab חָפֵץ Num. 1344. Fut. Kal, in secunda perf. לֹא תַחְפּוֹץ *non delectaris*, Pf. 51. 18. pro תַחְפֹּץ R. 14. In tertia יַחְפֹּץ *delectabitur*, Psal. 147. 10. pro יֶחְפָּץ cum (ָ) ob pausam. In plur. יַחְפְּצוּ *delectabuntur*, Psalm. 68. 31.

Vers. 24.

1461 יוּטָל [Ju-tál] (non) *dejicietur*. A טוּל *jactus, projectus, dejectus, translatus fuit*, in Hoph. abjecto ו, literæ character. assumunt ו R. 58. הוּטַל idem. Fut. Hoph.

Vers. 25.

1462 נַעַר [Ná-yar] *Puer fui*. נַעַר vide suprà Num. 1095. In pl. נְעָרִים *pueri*, Psal. 148. 12, ut Num. 459.

1463 זָקַנְתִּי [Za-kán-ti] (etiam) *senui*. A זָקֵן *senuit, consenuit*, Præt. Kal.

1464 נֶעֱזָב [Ne-yezábh] (& *non vidi*, sc: ego David, licet alii subinde viderint; nempe rarum tunc, & nunc, *justum*) *derelictum*. A עָזַב *dereliquit*, Part. Niph. נֶעֱזָב pro נֶעְזָב cum (ֱ) sub ע, quod punctuat præcedentem.

וְזַרְעוֹ מְבַקֶּשׁ לָחֶם *& semen ejus cōtinuò* (ex Pih.) *quærēs panē*. Targ. addit, מֵחֶסְרָא *præ inopia*, sc: quem tandē non reperiret, ac fame periret. Subinde tamen id contigit, ut *Lazaro* pauperi, It. illis, *quibus mūdus non fuit dignus*, Heb. 11, 38. sed tunc pro pane corporali, habent copiam solationum cœlestis gloriæ. Vel, *Etiāsi semen ejus quærens sit panem*, non tamen justus est derelictus. Vel agitur hîc non de justo in genere, sed in specie *de justo benefico*, qui præter reliquam sanctam vitam, *imprimis* commiserationis erga proximum affectione conspicuus est, *qui mutuò dat, qui omni die donat, qui miseretur*, &c. Confer Ps. 41 v. 1, 2, 3. Dicitur etiam Hieronim. omnibus historiis diligenter evolutis, nullum reperisse exemplum subitaneæ & malæ mortis ullius misericordis aut benefici.

Vers. 26.

146[5] וּמַלְוֶה U-mal-vé] *& mutuo dans*. A לָוָה *mutuatus est*, Num. 1454. in Hiph. הִלְוָה *mutuavit, mutuo dedit*. Part. Hiph. מַלְוֶה exit in (ֶ) R. 65.

Vers. 28.

1466 נִשְׁמָרוּ Nish-má-ru] *conservabuntur*. A שָׁמַר *custodivit*, Præt. Niph. נִשְׁמַר *custoditus, conservatus fuit*, in plur. נִשְׁמָרוּ cum (ָ) ob pausam.

1467 נִכְרָת Nich-ráth] *exscindetur*. A כָּרַת *excidit, amputavit*, Præt Niph. נִכְרַת *excisus, exterminatus fuit*, cum (ָ) ob pausam. In fœm. נִכְרְתָה

Vers. 30.

1468 חָכְמָה Hhoch-má] (meditabitur) *sapientiam*. Ab חָכַם *sapuit*, Nom. fœm. חָכְמָה *sapientia*; differt à בִּינָה *intelligentia*, quòd post acquisitionem sapientiæ, intelligentia fit. Cum Præfix. בְּחָכְמָה *in sapientia*. Cum Affix. mutato ה in ת, חָכְמָתָם *sapientia eorum*. In plural. *Os meum loquetur* חָכְמוֹת *sapientias*, Psal. 49. 4.

Vers. 32.

1469 צוֹפֶה Tso-phé] *Observat*. A צָפָה *observavit, speculatus est*, ex loco altiori circumcirca aspexit, Ben. Kal, exit in (ֶ) R. 65.

1470 לַהֲמִיתוֹ La-hami-thó] *ad morte afficiendum illum*. A מוּת *mori*, in Hip. abjecto ו, R. 58. הֵמִית *morte affecit*, *mori*

mori fecit. Infin. Hiph. הָמִית Cum Affix. mutato (ִ) in (ֲ) (quod punctuat præcedentem) לַהֲמִיתוֹ Pſ. 59. 1.

Verſ. 33.

1471 יַרְשִׁיעֶנּוּ Jar-ſhi-ɣén-nu] (& non) *condemnabit eum*. A רָשַׁע ſuprà Num. 7. in Hiph. הִרְשִׁיעַ *injuſtè egit, injuſtitiam operatus eſt*, ſæpius eſt forenſe, *injuſtum pronunciavit, condemnavit*. Fut. Hiph. יַרְשִׁיעַ cum Affix. יַרְשִׁיעֶנּוּ *improbum declarabit eum*. In pl. יַרְשִׁיעוּ *condemnabunt*, Pſalm. 94. 21.

1472 בְּהִשָּׁפְטוֹ Behiſh-ſha-phetó] *in judicando eum*, i. e. cum judicabitur. A שָׁפַט *judicavit*. Infinit. Niph. הִשָּׁפֵט *judicari*. Cum Affix. & Præfix. בְּהִשָּׁפְטוֹ

Verſ. 34.

1473 לָרֶשֶׁת La-ré-ſheth] *ad poſſidendum*. A יָרַשׁ *hæreditavit, hæreditatem* alicujus vel jure vel bello cepit. Infin. Kal, ablato (י) R. 54. רֶשֶׁת *poſſidere*, cum ל nota Gerundii, quod geſtat (ָ) ante Milhel. R. 80.

1474 בְּהִכָּרֵת Behic-ca-réth] *in excidendo*, i. e. cum exciſi fuerint. Infinit. Niph. à כָּרַת paulò ante Num. 1467.

Verſ. 35.

1475 עָרִיץ ɣa-ríts] (Vidi impium) *formidabilem*. Targ. תַּקִּיפָא *fortem*. LXX. ὑπερυψούμενον *ſuper exaltatum*. A עָרַץ ſuprà Num. 546. Nom. m. עָרִיץ *fortis, validus, formidabilis*, q. omnia frangens, *tyrannus*. Eſt ex Pihel deductum, ideóque in plur. retinet (ָ) R. 114. not. *Et cœtus* עָרִיצִים *tyrannorum*, Pſal. 86. 14. וְעָרִיצִים *& tyranni*, violenti, Pſal. 54. 5.

1476 וּמִתְעָרֶה U-mith-ɣa-ré] *& ſeſe effundentem*, dilatantem. LXX. καὶ ἐπαιρόμενον *& elevatum*. A עָרָה *nudavit, effudit*, quia effundendo vas nudatur. In Hithp. הִתְעָרָה *ſe effudit, dilatavit, explicavit*. Legitur bis in SS. h. l. in Partic. & Thren. 4. 21. in Fut.

1477 כְּאֶזְרָח Ceez-ráhh] *ſicut indigenam*. Targ. הֵיךְ אִילָן יַצִּיב *ſicut arborem indigenam*. LXX. ὡς τὰς κέδρους τοῦ Λιβάνου *ſicut cedros Libani*, legerunt כְּאָרֶז *ſicut cedrus*: & rectè quidem ad ſenſum; ſunt n. cedri indigenæ virentes, i. e. arbores quæ ortæ ſunt & virent in Libano. A זָרַח *ortus fuit*, Nom. m. Heemanth. אֶזְרָח *indigena*, q. inde ortus & genitus, opponitur גֵּר *advena*. Neſcio quâ ratione Pagnin. *laurum* vertit.

1478 רַעֲנָן Ra-ɣanán] *virentem*. A רָעַן geminatâ tertiâ radicali, רַעֲנָן *virens, viridis, frondiferus*. *Ego ſicut olea* רַעֲנָן *viridis*, Pſal. 52. 10. quæ ſemper virorem retinet. In plur. reſoluto (ָ) in (ַ) & dageſh, וְרַעֲנַנִּים *& virentes erunt*, Pſal. 92. 15.

Verſ. 36.

1479 וַיַּעֲבֹר Vaj-ja-ɣabhór] *Et tranſiit*, & ecce non ille. Targ. וּפְסַק מִן עָלְמָא *& defecit ex mundo*. Fut. Kal, cum ו converſ. ſuprà Num. 688.

2480 נִמְצָא Nim-tſá] (& non) *inventus eſt*. A מָצָא *invenit*. Præt. Niph. exit in (ָ) R. 64. Vide infrà Num. 1708.

Verſ. 37.

1481 תָּם Tám] (Cuſtodi) *integrum*. LXX. ἀκακίαν *innocentiam*. A תָּמַם *integer fuit*, Nom. m. תָּם *integer, perfectus*, Pſ. 64. 5. & ſubſtantivè *integrum, integritas*.

1482 אַחֲרִית A-hharith] (quoniam hoc) *ultimum* viro pacis. LXX. *quoniam sunt* ἐγκατάλειμμα ἀνθρώπῳ εἰρηνικῷ *reliquiæ homini pacifico*. Ab אַחַר *post*, Nom. fœm. sine pl. אַחֲרִית *ultimum, finis, postremum cujusque rei*, אַחֲרִית רְשָׁעִים נִכְרָתָה *ultimum impiorum exscindetur*, v. 38. LXX. *reliquiæ impiorum peribunt*. Cum Præfix. *Habitabo* בְּאַחֲרִית יָם *in ultimo maris*, Psal. 139. 9. i. e. in occidentali regione. Cum Affix. *Sit* אַחֲרִיתוֹ *ultimum ejus ad excidendum*, Psal. 109. 15. LXX. τὰ τέκνα αὐτοῦ *liberi ejus*. *Intelligam* לְאַחֲרִיתָם *in ultimum eorum*, Ps. 73. 17. i.e. considerabo præmium vel pœnam quæ manent eos.

Vers. 38.

1483 וּפֹשְׁעִים U-pho-sheעím] *Et prævaricatores*. A פָּשַׁע *defecit*. Ben. pl. Kal, פשעים *prævaricantes*.

1484 נִשְׁמְדוּ Nish-medhú] *perdentur*. A שָׁמַד in Præt. Niph. נִשְׁמַד *perditus, abolitus, ad ultimum redactus fuit*. In plur. נִשְׁמְדוּ Psal. 83. 11.

Vers. 40.

1485 וַיַּעְזְרֵם Vaj-jaע-zerém] *Et adjuvabit eos*. A עָזַר *juvit, auxiliatus est*. Tertia pers. Fut. Kal, יַעְזוֹר *juvabit*. Ob Affix. ו transit in (:) R. 119. & (-:) amittit vocalem (-) R. 15. sitque cum ו Convers. וַיַּעְזְרֵם Et sic יַעְזְרֶהָ *juvabit eam*, Psalm. 46. 6. Vide infrà Num. 3149.

1486 וַיְפַלְּטֵם Va-je-phal-letém] *& liberavit eos*. A פָּלַט supra Num. 974. Fut. Pih. יְפַלֵּט Cum Affix. יְפַלְּטֵהוּ *liberabit eum*, יְפַלְּטֵם *eos*. Cum ו convers. ut supra Num. 76.

PSALMUS XXXVIII. לח

1487 לְהַזְכִּיר Lehaz-kír] *ad commemorandum*. Vel *in commemorationem* sc: peccati à se admissi. Ab הִזְכִּיר suprà Num. 948. Gerund. Hiph. לְהַזְכִּיר Legitur in duobus titulis Psalm. h. l. & Psal. 70. 1. Ad commemoranda beneficia Dei. Vel ut decantarentur isti Psalmi in sacrificio dicto אַזְכָּרָה *recordatio*, quòd sacrificantem quasi in memoriam Dei reduceret. LXX. h. l. vertunt: *In rememorationem de Sabbato*, & Ps. 70. 1. *In rememorationem quòd salvum me fecit Dominus*.

Vers. 2.

1488 אַל Al] *Ne*, suprà Num. 191.

1489 בְּקֶצְפְּךָ Bekets-pechá] (ne) *in fervore tuo*. A קָצַף *ebullivit, efferbuit*, Nom. m. sine pl. קֶצֶף *effervescentia, ira fervens, indignatio*. Cum Affix. mutat utrumq; ( ) in (:) R. 122. & prius (:) iterum vel in (-:) vel in (.) R. 6. sitque בְּקֶצְפְּךָ *in ferventi ira tua*, וְקִצְפֶּךָ *& fervore tuo*, Psal. 102. 11.

Vers. 3.

1490 נִחֲתוּ Ni-hhathú] (sagittæ tuæ) *demissæ sunt*. LXX. ἐνεπάγησαν *infixæ sunt*, sc: ærumnæ, quibus velut sagittis me configis. A נָחַת *descendit*, in Præt. Niph. נִנְחַת pro נִחַת *demissus fuit*, R. 69. in plur. נִחֲתוּ Potest etiam esse à חָתַת *fregit*, נִחַתּוּ *fractæ sunt*, pro נִחַתּוּ omisso dagesh.

1491 וַתִּנְחַת Vat-tin-hhath] *& descendit*. Fut. Kal, à superiori נָחַת cum ו Convers. Futuri.

Vers.

Vers. 4.

1492 מְתֹם Me-thóm] (non est) *integritas* in carne mea. Tar. אַסוּ בְּגוּשְׁמִי *sanitas in corpore meo*, & sic LXX. ἴασις. A תָּמַם *integer fuit*. Nom. Heemanth. sine pl. מְתֹם *integritas*, *perfectio*, *sanitas*. Vel potest esse à מְתָה unde מְתִים *homines*, hinc מְתֹם *humanitas*, *hominis figura*. Ut significet, *Non est hominis figura in me*.

1493 זַעְמֶךָ Zaע-mé-cha] (à facie) *indignationis tuæ*, i. e. propter indignationem tuam. A זָעַם *detestatus est*, Nom. m. sine pl. זַעַם *indignatio*, *detestatio*. Cum Præfix. *Immisit* עֶבְרָה וָזַעַם *furorem & indignationem*, Pf. 78. 46. ubi ו cum (ָ) R. 78. Cum Affix. mutat posterius (-) in (:) R. 121. & si aliud (:) sequatur, iterum resumit (-) R. 6. זַעַמְךָ *indignatio tua*, Pf. 102. 11. In pausa זַעְמֶךָ

Vers. 5.

1494 כְּמַשָּׂא Kemas-sá] *sicut onus*. A נָשָׂא *tulit*, *levavit*. Nom. Heemanth. abjecto נ, R. 161. n. 4. מַשָּׂא *onus*, *pondus*, quod levatur & alicui imponitur: cum כ similitud.

1495 כָּבֵד Ca-bhédh] *grave*. A כָּבֵד *gravis fuit*. Nom. Participiale Kal.

Vers. 6.

1496 הִבְאִישׁוּ Hibh-í-shu] *Putruerunt*. A בָּאַשׁ *fœtuit*, Præt. Hiph. הִבְאִישׁ *putidum*, *fœtidum reddidit*. In plur. הִבְאִישׁוּ Targ. סְרִיו *fœtuerunt*.

1497 נָמַקּוּ Na-mák-ku] *contabuerunt*. Targ. אִתְמַסְמַסוּ *dissolutæ sunt*. A מָקַק *dissolvit*, in Niph. syncopatâ mediâ, R. 70. נָמַק *dissolutus fuit*, per Metaph. *corruptus fuit*, *cariem genuit*, *tabe & sanie confectus est*. In plur. assumpto dagesh נָמַקּוּ

1498 חַבּוּרֹתָי Hhab-bu-ro-tháj] *livores mei*. Targ. חַלְבְּשׁוּשַׁי & LXX. οἱ μώλωπές μου *cicatrices meæ*. Ab חָבַר *associatus fuit*, Nom. fœm. חַבּוּרָה *livor*, *tumex*, percussio, ex qua sanguis non exit, sed ibi coadunatur. Sexies legitur in SS.

1499 אִוַּלְתִּי Iv-val-tí] (à facie) *stultitiæ meæ*, i. e. propter stultitiam quâ & peccavi, & tam serò pœnitere distuli. Ab אֱוִיל *stultus*, Nom. fœm. אִוֶּלֶת *stultitia*, *fatuitas*, oppositum חָכְמָה *sapientiæ*. Cum Affix. mutat utrumque (ֶ) in (:) R. 122. & prius (:) in (-) R. 6. *Novisti* לְאִוַּלְתִּי *stultitiam meam*, Psal. 69. 6.

Vers. 7.

1500 נַעֲוֵיתִי Na-ǝavé-thi] *Incurvatus sum*, depressus sum quàm maximè, scil: pondere peccatorum meorum, & plagarum, v. 5. Targ. עַקְמֵית *curvus factus sum*. LXX. ἐταλαιπώρησα *miser factus sum*. A עָוָה *curvus*, *obliquus fuit*; in Niph. נַעֲוָה *incurvatus fuit*. In prima pers. mutato ה in (ִ) quiesc. R. 66. נַעֲוֵיתִי

1501 הִלַּכְתִּי Hil-lách-ti] *continuò ambulabam*. Ab הָלַךְ *ambulavit*, in Pih. הִלֵּךְ *continuò ambulavit*, *discurrit*, in prima pers. הִלַּכְתִּי Psal. 131. 1. in pausa cum (ָ) הִלָּכְתִּי

Vers. 8.

1502 כְסָלַי Chesa-laj] *ilia mea*. LXX. αἱ ψόαι μου *lumbi mei*. Nom. radicale כֶּסֶל *stultitia*, *inconstantia*. It. *Ilia*, partes imi ventris inter coxas & pubem. Dicuntur itaque ilia à stultitia, eâ ratione quâ renibus tribuitur erudi-

 ditio

ditio, Psal. 16. 7. *Etiam noctibus erudiunt me renes mei.* In plur. cum Affixo, כִּסְלַי ut suprà Num. 255. Sexies legitur in SS.

1503 נִקְלֶה Nik-lé] *vilitate*, contemptu. LXX. ἐμπαιγμάτων *illusionibus*. A קָלָה *vilipendit*, Nom. Participiale Niph. נִקְלֶה *vilitas, res vilis, opprobrium.*

Vers. 9.

1504 נְפוּגוֹתִי Nephu-ghó-thi] *Debilitatus sum.* LXX. ἐκακώθην *afflictus sum.* A פּוּג *remissum esse, cessare, debilitare.* In Præt. Niph. quiescente ו in ו R. 61. נָפוּג *debilitatus fuit.* In prima pers. assumpto ו R. 62. נְפוּגוֹתִי

1505 וְנִדְכֵּיתִי Venidh-ké-thi] *& confusus sum.* καὶ ἐταπεινώθην *& humiliatus sum.* A דָּכָה *contudit, comminuit.* In Niph. נִדְכָּה *contusus, contritus, comminutus fuit.* Legitur bis in Psalm. h. l. in Præt. & Ps. 51. 19. in Participio. In prima pers. Præt. mutato ה in (י) R. 66. נִדְכֵּיתִי

1506 שָׁאַגְתִּי Sha-ágh-ti] *rugii.* Præt. Kal, à שָׁאַג *rugiit*, leonum est. Metaph. *Magna voce clamavit.* In prima pers. שָׁאַגְתִּי in plur. שָׁאֲגוּ *rugierunt* hostes tui. Psal. 74. 4. Targ. אַלִּין *clamant.*

1507 מִנַּהֲמַת Min-na-hamáth] *præ fremitu*, vel *propter fremitum.* LXX. ἀπὸ στεναγμοῦ *à gemitu.* A נָהַם *fremuit, gemuit*: de leonibus *rugiit.* Nom. fœm. נְהָמָה *fremitus, gemitus.* Legitur bis tantùm in SS. idque in Regim. h. l. & Esa. 20. 2. נַהֲמַת

Vers. 11.

1508 סְחַרְחַר Sehhar-hhár] (cor meum) *circumit*: præ angustiarum multitudine. LXX. ἐταράχθη *conturbatum est.* A סָחַר *circuivit, gyravit*, Aut est verbum geminatis duabus posterioribus radicalibus; aut nomen סְחַרְחַר *gyrans, per gyrum vadens.* Legitur h. l. tantùm in SS.

Vers. 12.

1509 מִנֶּגֶד נִגְעִי Min-né-gedh nigh-ý] *ex adverso plaga mea* steterunt. LXX. ἐξ ἐναντίας μου ἤγγισαν *adversum me appropinquarunt* & steterunt. (Legerunt מִנֶּגְדִּי נָגְעוּ) A נָגַע *tetigit, attigit, pertigit.* Nom. m. נֶגַע *plaga, percussio, læsio*, q. tactio valida. Cum Præfix. וָנֶגַע *& plaga*, Psal. 91. 10. Cum Affix. ut suprà Num. 736. nisi quòd prius (:) transit in (.) R. 6. נִגְעִי *plaga mea*, *Remove à me* נִגְעֶךָ *plagam tuam*, Psal. 39. 11. In plur. cum Præfixis, וּבִנְגָעִים *& in* (cum) *plagis*, Psalm. 89. 33.

Vers. 13.

1510 וַיְנַקְשׁוּ Va-jena-keshú] *Et illaqueare cupiunt.* Targ. וַעֲבַדוּ פַחִין *& fecerunt laqueos.* LXX. καὶ ἐξεβιάζοντο *& vim faciebant*: A נָקַשׁ *irretivit, illaqueavit, laqueum tetendit*, suprà Num. 472. In Pih. נִקֵּשׁ idem: sed legitur bis tantùm in SS. idque in Fut. יְנַקֵּשׁ *illaqueabit fœnerator omne quod est ei*, Ps. 109. 11. Targ. יְגַבֵּב *colligabit.* LXX. ἐξερευνησάτω *scrutetur.* q. esset יְבַקֵּשׁ *inquiret.* Et h. l. cum ו Convers. וַיְנַקְשׁוּ pro וַיְנַקְּשׁוּ excluso utroque dagesh, R. 20.

Vers. 14.

1511 כְּחֵרֵשׁ Chehhe-résh] *sicut surdus.* Ab חֵרֵשׁ suprà Num. 1160. Nom. m.

m. חֵרֵשׁ *surdus*. q. cogitabundus suspicans de se omnia dici, cum כ similitudinis.

1512 וּכְאִלֵּם U-cheil-lém] *& sicut mutus*. Ab אָלַם *ligavit*, *colligavit*, Nom. m. אִלֵּם *mutus*, quòd instrumenta loquendi colligata habeat. Cum Præfix. וּכְאִלֵּם

1513 יִפְתַּח Jiph-táhh] (qui *non*) *aperiet*. A פָּתַח *aperuit*, Fut. Kal, אֶפְתַּח *aperiam*, Cum ה parag. אֶפְתְּחָה Psal. 78. 2. יִפְתַּח *aperiet*.

Vers. 15.

1514 שֹׁמֵעַ Sho-méay] *audiens*. A שָׁמַע *audivit*, Ben. Kal, שֹׁמֵעַ cum (-) Furtivo, R. 10.

1515 תּוֹכָחוֹת To-cha-hhóth] A יָכַח suprà Num. 285. Nom. fœm. Heemanth. mutato (י) in ו R. 161. n. 1. תּוֹכַחַת & תּוֹכֵחָה *correctio*, *objurgatio*, *correptio*, tam verbo quàm opere. Cum Affix. mutato posteriori (-) in (:) R. 121. וְתוֹכַחְתִּי *& correptio mea*, Psal. 73. 14. In pl. תּוֹכָחוֹת *increpationes*, Psal. 149. 7. בְּתוֹכָחוֹת *in reprehensionibus*, Ps. 39. 12. Converso posteriori (-) in (..)

Vers. 16.

1516 הוֹחָלְתִּי Ho-hhál-ti] *speravi*. A יָחַל suprà Num. 1260. In Præt. Hip. mutato (י) in ו R. 57. הוֹחִיל *speravit*, *expectavit*. In prima pers. הוֹחַלְתִּי *speravi*, & in pausa, mutato (-) in (..) הוֹחָלְתִּי Ps. 130. 1.

Vers. 17.

1517 בְּמוֹט Bemót] *in dimovendo*, i. e. cum dimovetur. A מוֹט *dimovere*, *nutare*, Infinit. Kal, R. 60. Cum Præfix. וּבְמוֹט *& in dimovendo*, Ps. 46. 3.

1518 הִגְדִּילוּ High-dí-lu] (contra me) *magnificârunt*. LXX. *Magna locuti sunt*, contumeliosi fuerunt. A גָּדַל *magnus fuit*, in Hiph. הִגְדִּיל *magnificavit*, *magnum reddidit*. Constructum cum עַל sumitur in malũ, הִגְדִּיל עָלַי *magnificavit contra me calcaneum*, Psalm. 40. 10. i. e: sustulit. עָלַי הִגְדִּיל *contra me magnificavit*, Psal. 55. 13. sc: os aut linguam, i. e. contumeliosè locutus est. כִּי הִגְדַּלְתָּ *quoniam magnum reddidisti*, Ps. 138. 2. sc: nomen tuum. In pl. הִגְדִּילוּ

Vers. 19.

1519 אֶדְאַג Edh-ágh] *sollicitus*, *anxius ero*, propter peccatum meum. Vel *timebo*, à peccato meo. Targ. אֶתְיַצַּף *dolebo*. LXX. μεριμνήσω *cogitabo pro peccato meo*. A דָּאַג *sollicitus fuit*, *metuit*, *doluit* de futuro. Fut. Kal.

Vers. 20.

1520 עָצֵמוּ Ya-tsé-mu] *roborati sunt*. LXX. κεκραταίωνται: *confirmati sunt*. Præt. Kal, à עָצַם vel עָצֵם *robustus*, *fortis*, *roboratus fuit*, *multus factus est*: dicitur de omni fortitudine. עָצְמוּ מִסַּפֵּר *fuère fortia præ narrare*, Psal. 40. 6. I. e. supra numerum, sunt majora quàm ut enarrari possint. עָצְמוּ מִשַּׂעֲרוֹת רֹאשִׁי *multiplicati sunt præ capillis capitis mei*. Ibid. v. 13. proverbialis hyperbole de numero nobis infinito. מֶה עָצְמוּ רָאשֵׁיהֶם *quàm multæ sunt summa eorum*, Ps. 139. 17. Targ. אִתְחַיְּלוּ *roborati sunt principes eorum*. LXX. ἐκραταιώθησαν *roborati sunt principatus ejus*. In pausa reducto (:) in (..) R. 132. עָצֵמוּ

Vers.

Verſ. 21.

1521 ישטנוני Jis-tenú-ni] Targ. סטנו לי *adverſabuntur mihi.* LXX. ἐνδιέβαλλόν με *detrahebant mihi.* A שׂטן *adverſatus eſt, ſatanam egit.* Fut. plur. Kal, cum Affixo.

1522 רדופי Rodh phí] (propterea quòd) *perſequi me,* i. e. perſequor bonum. A רדף ſuprà Num. 314. Infin. Kal, רדוף Ob Affix. ו tranſit in ( ) R. 98. ut ſit רדפי ſed ſcribitur cum ו redundante רדופי

PSALMUS XXXIX. לט

1523 לידותון Li-dhu-thún] (*Præfecto*) *Jeduthuni.* ידותון (q. *confeſſor,* à ידה *confiteri*) fuit nomen proprium viri Levitæ, muſices peritiſſimi. Unde Pſ. 62. 1. *Præfecto* על ידותון *ſuper Jeduthun,* ornatè poſitum pro ea muſices parte, quam ille & filii ejus exercebant. Et cum (י) loco ו, על ידיתון Pſal. 77. 1.

Verſ. 2.

1524 מחטוא Me-hható] (cuſtodivi vias meas) *à peccando,* i. e. ne peccem. Ab חטא *peccavit,* à lege divina aberravit, Infin. Kal, חטוא Cum Præfix. מחטוא *à peccando,* ubi מ negationem includit, R. 42. לחטוא *ad peccandum,* Pſal. 78. 17. ubi ל cum (-) ob ſequens (-:)

1525 לפי Lephí] *ori meo.* A פה *os,* vide ſuprà Num. 256.

1526 מחסום Mahh-ſóm] (cuſtodiam ori meo) *capiſtrum,* h. e. valdè cavebo ne loquar. LXX. *Poſui ori meo* φυλακὴν *cuſtodiam.* Ab חסם *obſtruxit, obturavit,* Nom. Heemanthic. מחסום *clauſtrum, capiſtrum,* quo os animantis coercetur. Legitur h. l. tantùm in SS.

Verſ. 3.

1527 נאלמתי Ne-elám-ti] *Obmutui.* Ab אלם *ligavit, colligavit,* Præt. Niph. נאלם *obmutuit,* q. linguâ ligatus fuit. In prima perſ. נאלמתי pro נאלמתי ubi (-:) punctuat præcedentem.

1528 החשיתי He-hheſhé-thi] *ſilui* à bono. i. e. ne quidem bona verba prolocutus ſum, ne aliquod querulum et impatiens verbum, mihi incauto excideret. Ab חשה *ſiluit, tacuit,* in Præt. Hiph. החשה idem. In prima perſ. mutato ה in (י) quieſcens, R. 66. החשיתי

1529 וכאבי U-chee-bhí] *& dolor meus.* A כאב *doluit,* Nom. m. כאב *dolor, cruciatus.* Sexies legitur in SS.

1530 נעכר Ne ע-cár] *ſe conturbavit,* i.e. exulceratus eſt. LXX. ἀνεκαινίσθη *renovatus eſt,* diu expreſſus, ipſa taciturnitate recruduit. A עכר *turbavit, conturbavit,* in Niph. נעכר *turbatus, conturbatus fuit.* Et contractè נעכר R. 14. cum (.) ob pauſam. Legitur bis in SS. h. l. in Præt. & Prov. 15. 16. in Partic.

Verſ. 5.

1531 קצי Kits-tsí] (Notum fac mihi) *finem meum.* A קצץ *amputavit.* Nom. defectiv. קץ *finis, extremum,* pars præciſa tam rei quàm temporis. Cum Affix. aſſumpto dageſh. R. 125. קצי

ומדת U-mid-dáth] *& dimenſio.* (longitudo) dierum meorum quæ eſt? A מדד *menſus eſt.* Nom. fœm. מדה *menſura* continuorum, It. *veſtis,* q. commenſuratum corpori. In plural. מדות

מִדּוֹת *mensuræ, vestes.* Cum Affix. *Super os* מִדּוֹתָיו *vestium ejus*, Psalm. 133. 2.

1532 חָדֵל Hha-dhél] (sciam quàm) *cessans* (caducus) ego sum. Vel *cessator*: elegans descriptio mortui, qui verè cessat. Targ. אֵימָתַי אֶפְסַק *quando desinam.* LXX. τί ὑστερῶ ἐγώ *quid desit mihi.* Ab חָדַל *desiit, cessavit,* Nom. Participiale Kal, חָדֵל *desinens, cessans, cessator.*

Vers. 6.

1533 טְפָחוֹת Tepha-hhóth] *palmos* (palmales, ad instar palmi) dedisti dies meos, i. e. momentaneos, dodrantales 4. digitorum, brevi mensurâ comprehensibiles. Targ. קַלִּילִין *paucos.* LXX. παλαιστὰς *mensurabiles.* Nom. radic. טֶפַח *palma, palmus,* mensura 4 digitorum junctorum. In pl. טְפָחוֹת R. 122.

¶ כָּל־הֶבֶל כָּל־אָדָם *Universa vanitas omnis homo.* LXX. τὰ σύμπαντα ματαιότης *quoad omnia vanitas*, i. e. omni ex parte, ita ut vanitas & miseria quæ per alias creaturas frustratim spargitur, in uno homine aggregata videatur: sícque homo evadit compendium omnium vanitatum, quæ in creaturis extant. Cum inanimis, subjecet mutationi, corruptioni. Cum animatis, alterationi, morti: Cum sensilibus, lætitiæ, mœrori. Cum Angelis (*qui non servat à sua origine, reliquerunt suum domicilium,*) inconstantiæ, &c. sícque in barathrum peccatorum ruit.

1534 נִצָּב Nits-tsábh] *consistens*, (subsistens) LXX. ζῶν *vivens.* A יָצַב in Niph. converso (י) in dagesh, R. 69. n. 1. נִצַּב *stetit, constitit, constitutus fuit.* Part. Niph. נִצָּב

Vers. 7.

1535 בְּצֶלֶם Betsé-lem] *in imagine* ambulat homo, non solidâ sed umbratili, qualis fit in speculo vel somno, ita ut hæc vita sit tantùm umbra vitæ. Nom. m. צֶלֶם *imago, similitudo*, tam corporea quàm incorporea: convenit cum צֵל *umbra*, quòd imago sit velut umbra seu adumbratio corporis. Cum Affix. (ut suprà Num. 133.) צַלְמָם *imaginem* (animam) *eorum spernes*, Psal. 73. 20.

1536 יֶהֱמָיוּן Je-hemá-jun] (vanitatem) *perstrepent*, sæpe sine notabili causa, sine fructu *tumultuantur*, tum intus in animo, tum foris in opere, propter res nihili, meras umbras, spes incertas. Ab הָמָה *sonuit, strepuit, fremuit, tumultuatus est.* Fut. Kal, quòd in Psalm. flectitur sic: וְאֶהֱמָה *& perstrepam*, Ps. 55. 18. ubi ה quiescit in (.) R. 65. & guttural. cum (∵) Cum ה parag. mutat ה radicale in (י) וְאֶהֱמָיָה Psalm. 77. 4. *Et quare* תֶּהֱמִי *tumultuaris contra me*? Psal. 42. 12. (in fœm. pro תֶּהֱמָהִי abjecto ה radicali, R. 66.) Cum ו convers. וַתֶּהֱמִי *& tumultuaris*, Ibid. v. 6. pro וַתֶּהֱמִי redeunte (∵) in (:) R. 14. In plur. abjecto ה, יֶהֱמוּ *frement*, Psal. 46. 4. Et mutato ה in (י) mobile, præcedente (.) ex vi pausæ, יֶהֱמָיוּן *perstrepent*, Psal. 83. 3. cum ן paragog.

1537 יִצְבֹּר Jits-bór] *colliget* frumentum in agro, vel alia &c. A צָבַר *congessit, collegit, coacervavit*, propriè in horrea, s. granaria, Fut. Kal,

1538 אֹסְפָם O-sephám] (& nescit quis) *collector eorum*, sc: quis collecturus sit in domum suam. Ab אָסַף *collegit, in unum redegit*, conservandi causâ, Benoni Kal, cum Affixo.

Vers. 8.

1539 תּוֹחַלְתִּי To-hhál-ti] *expectatio mea* ad te eſt, LXX. ἡ ὑπόστασίς μου *ſubſtantia mea* à te eſt, i. e. ſpes mea, ut Hebr. 11. *Fides eſt ſperandorum* ὑπόστασις. A יָחַל ſuprà Num. 1260. Nom. fœm. Heemanth. mutato (י) in ו, R. 161. n. 1. תּוֹחֶלֶת *ſpes, expectatio.* Ob Affix. mutat utrumque (ֶ) in (ְ) & prius (ְ) in (ַ)

Vers. 11.

1540 הָסֵר Ha-ſér] *Recedere fac*, i. e. amove. A סוּר *recedere*, in Hiph. abjecto ו, R. 58. הֵסִיר *fecit recedere, removit, amovit*, Imper. Hiph.

1541 מִתִּגְרַת Mit-tigh-ráth] *ab excitatione* manus tuæ ego defeci, i. e. quia tu manu tuâ bellum mihi moves. Vel *à conflictu manus tuæ*, LXX. ἀπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος *à fortitudine*. A גָּרָה *cōtentionem excitavit, bellum miſcuit.* Nom. fœm. תִּגְרָה *excitatio, belli ſuſcitatio, conflictus.* Legitur h. l. tantùm in SS. idque in Regim.

Vers. 12.

1542 וַתֶּמֶס Vat-té-mes] *& diſſolvere feciſti*, tabefeciſti. A מָסָה (non verò מָסַס ut habent Biblia Interlin.) ſuprà Num. 307. Fut. Hiph. quod eſſet תַּמְסֶה, at apocopato ה, exit in duplex (ֶ) R. 64. n. 7.

1543 כָּעָשׁ Ca-yáſh) *ſicut tinea*, (ſcil: veſtem) Targ. *& liquefactum eſt*, הֵיךְ זְחִיל *inſtar limacis corpus ejus.* LXX. *& tabeſcere feciſti* ὡς ἀράχνην *ſicut araneam animam ejus* : ſc: quæ dum tela texit, humorem vitalem exhaurit, ſéque eviſcerat. A עָשַׁשׁ ſuprà Num. 308. Nom. m. עָשׁ *tinea*, cum כ ſimilitud. quod excludit ה

1544 חֲמוּדוֹ Hhamu-dhó] *deſiderabile ejus*, pinguedinem carnis, & robur corporis ejus. Ab חָמַד *deſideravit*, Nom. Particip. Pahul, חָמוּד *deſiderabilis*, & ſubſtantivè *deſiderabile, optabile.*

Vers. 13.

1545 גֵּר Ghér] *peregrinus.* A גּוּר *peregrinari*, Nom. m. גֵּר *peregrinus*, qui aliunde venit, nec diu manendi gratiâ : תּוֹשָׁב autem eſt *advena*, qui diutiùs moratur. Utrique opponitur, אֶזְרָח *civis, indigena.* Cum Præfix. וְגֵר *& peregrinus*, Pſal. 94. 6. plur. גֵּרִים Pſal. 146. 9.

1546 תּוֹשָׁב To-ſhábh] *inquilinus.* A יָשַׁב *ſedit*, Nom. Heemanth. mutato (י) in (ו) R. 161. n. 1. תּוֹשָׁב *inquilinus, hoſpes*, qui quidem diu manet in aliquo loco, ſed in aliena domo.

Vers. 14.

1547 הָשַׁע מִמֶּנִּי Ha-ſháy-mim ménni] *Deſiſte à me*, i. e. relaxa pœnas. Targ. אַשְׁלִי מִנִּי וְאֵיזִיל *Dimitte me & abibo.* Imper. Hiph. quod formâ eſt שׁוּעַ *vociferari*, ſignificatione à שָׁעָה *aſpexit*: quod conſtructum cum מ notat *aſpexit ab aliquo*, i. e. deſiit, deſtitit. Eſtque pro הָשַׁע & extat bis tantùm in SS. h. l. & Eſa. 7. 10.

1548 וְאַבְלִיגָה Veabh-lí-gha] *& recreabor.* Ab inuſitato בָּלַג in Hiph. הִבְלִיג *refocillatus, recreatus fuit, vires collegit.* Rarum eſt in Bibliis, nam ter tantùm occurrit in Fut. & ſemel in Part. Eſtque hîc Fut. Hiph. cum ה parag.

1549 בְּטֶרֶם Beté-rem] *priuſquam* hinc *abeam*, & inter viventes *non* ampliùs *ſim.* טֶרֶם *nondum*, בְּטֶרֶם *in nondum*, i. e. antequam, priuſquam.

PSALMUS XL. מ

Vers. 2.

1550 קַוֹּה Kav-vó] *Expectando expectavi*, i. e. attentè, diligenter, patienter. Reg. 41. n. 1. A קָוָה suprà Num. 1091. Infin. Pih. קַוֵּה R. 65. pro קַוֵּה

Vers. 3.

1551 שָׁאוֹן Sha-ón] (è cisterna) *sonitus*, i. e. sonora, R. 34 n. 3. h. e. profundissima: loca n. concava subterranea profunda, si in ea aliquid projiciatur, solent resonare. A שָׁאָה *sonuit*, *perstrepuit*, Nom. m. sine plur. שָׁאוֹן *sonus* (sc: ab ipsa Hebr. voce) *sonitus*, *fragor*, *fremitus*. In Regim. correpto (·) in (:) R. 114. שְׁאוֹן יַמִּים *fremitus marium*, Psal. 65. 8.

1552 הַיָּוֵן Haj-ja-vén] (è luto) *cœni*, i.e. cœnoso, limoso: ubi duo synonyma junguntur, augendæ significationis causâ. Nom.m. absque pl. יָוֵן *lutum*, propriè turbidum & liquidum, quale est vinum fæculentum: convenit n. cum יַיִן *vinum*. טִיט autem est *lutum densum*. Extat bis in SS. h. l. & Psal. 69. 3. in Regim. *Infixus sum* בִּיוֵן מְצוּלָה *in limo profundi*, ubi (·) sub (,) mutatur in (:) R. 114. quod (:) rursus tollitur, ob præcedens (.) R. 8.

1553 וַיָּקֶם Vaj-jákem] *& statuit*. A קוּם *surgere*, in Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵקִים *surgere fecit*, *stabilivit*, *erexit*. In Fut. יָקִים *statuet*, Ps. 107 29. Cum ו convers. mutato (..) in (.:) ob retractum accentum, R. 127. וַיָּקֶם *& stabilivit*, Psal. 78. 5.

Vers. 5.

1554 מִבְטַחוֹ Mibh-ta-hhó] (qui posuit Jehovam) *fiduciam suã*, i. e. qui fiduciã suam in eo collocavit. LXX. *Cujus nomen Domini spes ejus*, pro שָׂם *posuit*, legerunt שֵׁם *nomen*, sed sensu eodem. A בָּטַח *confidit*, Nom. Heemanth. מִבְטָח *spes, fiducia*. In Regim. correpto (·) in (-) R. 115. מִבְטַח *fiducia omnium extremitatum terra*, Ps. 95. 6. Cum Affix. etiam (præter morem) retinet (-) מִבְטַחִי *fiducia mea*, Psal. 71. 5. מִבְטַחוֹ *ejus*.

1555 פָּנָה Pha-ná] (& non) *respexit*. Ipsum thema, פָּנָה *faciem vertit*, i. e. aspexit, vel *divertit*, i. e. declinavit. In plur. abjecto ה, R. 66. *Omnes dies nostri* פָּנוּ *declinârunt*, Psalm. 90. 9. LXX. ἐξέλιπον *defecerunt*.

1556 רְהָבִים Reha-bhím] (ad) *superbos*, vel ad *fortitudines*, i. e. validos qui jactant vires suas. A רָהַב *invaluit*, Nom. m. רַהַב *fortitudo, vis pravalida, superbia*. Plur. רְהָבִים ut suprà Num 459.

1557 וְשָׂטֵי Vesa-té] *& declinantes* mendacii, i. qui declinant ad mendacium. LXX. καὶ μανίας ψευδεῖς *& insanias falsas*, (Legerunt שָׁטֵי ex Chald. שְׁטָא *insanivit*.) A שׂוּט *declinare*, *deflectere*, Part. Kal, R. 59. שָׂט *deflectens*. Plur. in Regim.

Vers. 6.

1558 אֵין עֲרֹךְ אֵלֶיךָ En-yaróch e-lé-cha] (cogitationes tuæ quæ sunt erga nos) *non ordinare apud te*. i. e. Nemo est qui possit eas in ordinem digerere: nam etiamsi id fiat pro captu & modulo hominum, sed *non apud te*, infra immensam tuam gloriam omnis eorum hac in re conatus. A עָרַךְ suprà Num. 225. Infinit. Kal.

1559 אֲסַפֵּר Mis-sap-pér] (Narrabo & eloquar ?fortia sunt) *pra narrare*, i. e su-

superant omnem narrandi peritiam. A סָפַר Num. 86. Infin. Pih. cum מ quod negationem includit, R. 41. מִסַּפֵּר *à numerando*, i. e. quàm ut possint numerari.

Vers. 7.

¶ זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ ¶ *Sacrificio & oblatione non delectatus es*, i. e. minus grata ea habuisti, quia ex se & per se nil nisi erant umbra veritatis. אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי *Aures perforasti mihi*, i. e. concavas reddidisti, ad audiendum voluntatem tuam, eique obediendum. *Aures* synecdochicè pro *corpore*, ait n de obedientia Christi, cujus subjectum sunt aures. Unde LXX. *σῶμα κατηρτίσω μοι corpus perfecisti mihi*, pro *perfodisti* reddunt *perfecisti*, nam כָּרָה significat *fodit*, & *acquisivit, comparavit*.

Vers. 8.

1560 הִנֵּה בָאתִי Hin-ne-bhá-thi] *Ecce veni*, animo ad parendum paratissimo. A בּוֹא *Venire*, Præt. Kal, ejecto ו, R. 59. בָּא *venit, advenit, ingressus est*. In Psalm. flectitur sic : בָּא *venit*. Cum ה Relat. R. 76. הַבָּא *qui venit*, Psal. 118. 26. Fœm. בַּרְזֶל־בָּאָה *ferrum ingressum est*, Psal. 105. 18. Cum Affix. mutato ה in ת R. 97. *Omne istud* בָּאַתְנוּ *venit nobis*, Psal. 44. 18. pro בָּאָה עָלֵינוּ *venit super nos*. In plur. בָּאוּ *venerunt*, Psal. 69. 2. In prima pers. utriusq; num. א. quiescit in (ָ) R. 64. בָּאתִי *veni*, בָּאנוּ *venimus*, Ps. 66. 12.

1561 בִּמְגִלַּת Bim-ghil-láth] *in volumine libri*, i. e. in libro legis : sequitur enim, *Lex tua in medio viscerum meorum*, nullo citato quidem singulari loco, ut indicaret se esse totius scripturæ scopum. Targ. *quando studuero in volumine legis, quod propter me scriptum est*. LXX. *ἐν κεφαλίδι βιβλίου in capite libri*. Suidas notat *κεφαλίδα* idem est quod *εἴλημα involucrum*, ut Symmachus vertit, *ἐν εἰλήματι βιβλίου in involucro libri*. A גָּלַל *volvit, convolvit*, Nom. fœm. Heemanth. מְגִלָּה *charta plicabilis, liber convolutus*, (ut libri veteres fuerunt) Latinis *volumen*. In Regim. ה in ת & ב cum (.) ob sequens (:)

1562 סֵפֶר Sé-pher] *libri*. A סָפַר *enarravit*, Nom. m. סֵפֶר *liber*, cui inest alicujus rei enarratio, ut præsentibus fit voce, sic absentibus scripto. Cum Præfix. מִסֵּפֶר *è libro*, Psal. 69. 25. Cum Affix. (ut suprà Num. 770.) וְעַל־סִפְרְךָ *& super librum tuum*, Psal. 139. 16.

1563 כָּתוּב Ca-thúbh] *scriptum est*. A כָּתַב *scripsit*, Ps. 149. 9. Pahul Kal.

Vers. 9.

1564 לַעֲשׂוֹת La-ɣasóth] *Ad faciendum*. רְצוֹנְךָ *beneplacitum tuum*, qd Græc. dicitur *εὐδοκία*. Ideò nascente Christo, Angeli accinebant, *ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία in hominibus bona voluntas*, i. e. beneplacitum Dei adimpletur. A עָשָׂה *fecit*, Infinit. Kal, exit in וֹת R. 65. עֲשׂוֹת *facere*, Psal. 109. 16. Cum ל nota Gerundii, (quod habet (-) ob sequens (:) לַעֲשׂוֹת Cum Affix. לַעֲשׂוֹתָם *ad faciendum illa*, Psal. 103. 18.

Vers. 10.

1565 בִּשַּׂרְתִּי Bis-sár-ti] *Annunciavi*. Præt. Pih. בִּשֵּׂר *rem novam & lætam nunciavit, carnea* i. e. mollia & suavia

via

via *annunciavit*, à בָּשָׂר *caro*, q. *carnem faciens*, i. e. bono nuntio vitam afferens. In prima perſ. בִּשַּׂרְתִּי LXX. εὐηγγελισάμην.

1566 אֶכְלָא Ech-lá] (non) *cohibebo* aut continebo. A כָּלָא *cohibuit*, *prohibuit*, vel verbis vel actu, retinendo & includendo. Fut. Kal, quieſcente א in (ֶ) R. 64. אֶכְלָא *prohibebo*, תִּכְלָא *cohibebit*, v. 12.

Verſ. 11.

1567 כִחַדְתִּי Chi-hhádh-ti (non) *celavi*, i. e. manifeſtavi. Præt. Pih. כִּחֵד *abſcondit*, ne appareat aut audiatur, *celavit*. In prima perſ. כִחַדְתִּי

Verſ. 13.

1568 מִסְפָּר Mis-pár] (uſque ad non) *numerum*. Adagialis loquendi forma, pro maxima multitudine. A סָפַר *numeravit*, Nom. Heemanth. מִסְפָּר *numerus*, מְתֵי מִסְפָּר *homines numeri*, Pſal. 105. 12. i. e. pauci, qui facilè numerari poſſunt. *Qui numerat* מִסְפָּר *numerum ſtellis*. Pſal. 147. 4. Targ. כְּסוּם *ſummam*.

1569 הִשִּׂיגוּנִי Hiſ-ſi-ghú-ni] *fugientem apprehenderunt me* iniquitates meæ. A נָשַׂג in Præt. Hiph. converſo נ in dageſh, R. 69. הִשִּׂיג *attigit*, *aſſequendo comprehendit*. In plur. cum Affix. הִשִּׂיגוּנִי

1570 מִשַּׂעֲרוֹת Miſ-ſa-yaróth] (multiplicatæ ſunt) *præ capillis* capitis mei. Proverbialis hyperbole de numero nobis infinito. A שָׂעַר *horruit*, cum pili aut ſetæ eriguntur in animali, q. *horripilavit*. Nom. m. שֵׂעָר *pilus*, *capillus*. Et aliâ formâ שַׂעַר unde fœm. שַׂעֲרָה in pl. שַׂעֲרוֹת Cum Præfix. מִשַּׂעֲרוֹת Pſal. 69. 5.

Verſ. 14.

1571 רְצֵה Retſé] *Complace*. A רָצָה *bene voluit*, *complacuit*, *acceptavit*, excludit meritum. Imper. Kal, exit in (ֵ) R. 65. רְצֵה *accepta*, Pſ. 119. 108.

1572 לְהַצִּילֵנִי Lehats-tſi-lé-ni] *ad eruendum me*. Infinit. Hiph. Cum Affixo. Vide ſuprà Num. 1319.

Verſ. 15.

1573 לִסְפּוֹתָהּ Lis-po-tháh] *ad perdendum eam*. A סָפָה *finiit*, *conſumpſit*, *perdidit*, Gerund. Kal, לִסְפּוֹת R. 65. cum Affix. הּ.

Verſ. 16.

1574 יָשֹׁמּוּ Ja-ſhóm-mu] *Deſolabuntur* ſuper mercedem, i. e. propter mercedem pudoris ſui. LXX. κομισάσθωσαν παραχρῆμα *Ferant confeſtim confuſionem ſuam* : legerunt יִשְּׂאוּ עַל עֵקֶב *ferent ad calcaneum ſeu veſtigium*. i. e. immediatè. A שָׁמֵם *deſolatus fuit*, *obſtupuit*, ſtupendam deſolationem notat. Fut. Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, R. 70. יָשֹׁם in plur. aſſumpto dageſh, יָשֹׁמּוּ

Verſ. 18.

2585 וְכִזְאֵב Vechiz-ébh] *& sicut Zeb.* זְאֵב *lupus*, qua voce appellatur alter princeps Midianitarum. Jud. 7. 25.

2586 וּכְזֶבַח U-chezé-bhahh] *& sicut Zeba.* זֶבַח *mactatio*; inde nomen proprium regis Midian ab Israelitis interfecti, Jud. 8. 5.

2587 וּכְצַלְמֻנָּע U-chetzal-mŭn-naↄ] *& sicut Salmona.* Nom. proprium alterius regis Midian, Ibid.

2588 נְסִיכֵמוֹ Nesi-ché-mo] *principes eorum.* A נָסַךְ supra Num. 82. Nom. m. נָסִיךְ *princeps*, qui infuso oleo inaugurabatur. plur. נְסִיכִים cum Affix. pro נְסִיכֵימוֹ eliso (י)

Vers. 14.

2589 כְּקַשׁ Kekásh] *sicut stipulam*, LXX ὡς καλάμην *sicut arundinem.* A קָשַׁשׁ *paleas, stipulas collegit*, fit קַשׁ *quisquiliæ, stipula, stramen.*

Vers. 15.

2590 תְּלַהֵט Tela-hét] *comburet.* A לָהַט *flammavit, inflammavit, combussit*, Fut. Pih. absorpto dagesh, תְּלַהֵט *accendet*, Ps. 105. 18. וַתְּלַהֵט *& inflammavit*, Ps. 97. 3. cum ו Conv.

Verſ. 16.

2591 וּבְסוּפָתְךָ U-bheſu-pha-thechá] & *in turbine tuo*; LXX. *in ira tua*. A סוּף *finire*, Nom. fœm. סוּפָה *turbo*, q. finem afferens. Cum Affix. mutat ה in ת, R. 104.

Verſ. 17.

2592 מַלֵּא Mal-lé] *Imple*. Præt. Pih. מִלֵּא *implevit*, Pſ. 107. 9. inde Imper. מַלֵּא

2593 קָלוֹן Ka-lón] *ignominiâ*. A קָלָה *levis fuit*, Nom. Heemanth. קָלוֹן *vilipendium*, *ignominia*, antitheton τῶ כָּבוֹד *gloriæ*.

PSALMVS LXXXIV. פד

2594 קֹרַח Co-ráhh] (filiis) *Kore*, ſuprà Num. 1593.

Verſ. 3.

2595 נִכְסְפָה Nich-ſephá] *deſiderio capta eſt*. A כָּסַף *appetivit*, *deſideravit*, Præt. Niph.

Verſ. 4.

2596 וּדְרוֹר U-dherór] & *hirundo*. דְּרוֹר *libertas*, 7 in SS. bis *hirundo*, h. l. & Prov. 26. 2. quòd libera volitet, retineri impatiens.

¶ קֵן Kén] *nidum*, A קָנַן *nidificavit*, קֵן *nidus*, domicilium avis.

2597 אֶפְרֹחֶיהָ Eph-ro-thé-ha] (ubi poſuit) *pullos ſuos*: non intelligendum de templo, ſed de altaribus in excelſis, quæ tempore Davidis paſſim exſtructa fuêre. A פָּרַח *floruit*, *pullulavit*, Nom. pl. Heemanth. אֶפְרוֹחִים *pulli avium*; qui jam plumas producunt. Legitur ter in SS.

Verſ. 6.

2598 מְסִלּוֹת Meſil-lóth] *viæ* in cordibus eorum. Targ. דְרְחִצְנוּתָא *ſpes*. LXX. ἀναβάσεις *aſcenſiones*. A סָלַל *elevavit*, *viam lapidibus ſtravit*, Nom. Heemanth. fœm. מְסִלָּה *elevatio*, *via ſtrata*, quæ elevatur. Plural. מְסִלּוֹת *elevationes*, cogitationes de agnitione Dei.

Verſ. 7.

2599 הַבָּכָא Hab-ba-cá] (Tranſeuntes per vallem) *mori*, i. e. per vallem ubi ſunt mori, in loco arido creſcentes: quam (ad feſta aſcendentes) ita fodient, ut tota q. vallis in fontem abeat. Vel, *Tranſeuntes per vallem fletus* (LXX. τῶ κλαυθμῶνος *lachrymarum*) *fontem poſuerunt*, i. e. qui nunc in magno fletu & lachrymis triſtíque cruce verſantur, habebunt tandem fontem quo ſe reficiant. Nom. radicale בָּכָא *morus* arbor, à mora, i. e. tarditate: nam poſtrema omnium floret, ideóque prudentiſſima arbor, quæ lædi ſe à frigore non ſinit, neque planè niſi frigore peracto germen emittit; ſed cum cœpit, in tantum univerſa germinatio erumpit, ut una nocte peragat, (quod mirum) etiam cum ſtrepitu. Vel à בָּכָה *flevit*, mutato ה, in א, בָּכָא *fletus*.

2600 מוֹרֶה Mo-ré] (etiam benedictionibus operiet) *pluvia*, Vel, *etiam piſcinas operiet pluvia*, LXX. *benedictiones dabit* ὁ νομοθετῶν *legiſlator*. A יָרָה in Hiph. הוֹרָה *docuit*, unde nomen Participiale מוֹרֶה *doctor*, Job 36. 22. It. *pluvia* autumnalis propriè, quæ menſe Octobri ſemente facto decidit: quòd q. erudiat & informet terram. Targum ſic: *Peccatores qui tranſeunt per profundum gehennæ, flentes fletu, ſicut fontem ponunt illud: atqui benedictionibus ope-*

perit (Deus) *eos, qui immorantur in doctrina legis suæ.*

Vers. 11.

2601 הִסְתּוֹפֵף His-to-phéph] (elegi) *ad limen sedere*, in domo Dei, Targ. לְאִדַּבָּקָא *adhærere*, LXX. παραῤῥιπτεῖσθαι *abjectus esse*. Ab inusitato סָפַף fit סַף *limen*, unde verbum in Hithp. הִסְתּוֹפֵף q. d. *liminare*, per Metathesin ת & ס R. 47. & cum ו loco dagesh, R. 72. Vel à סוּף *finire*, inde סוֹף *finis*, Infinit. Hithp. *elegi* הִסְתּוֹפֵף *in extremis locis* (in fine) *me reponere*.

2602 מִדּוּר Mid-dór] *quàm* (præ) *habitare*. Infinit. Kal, דּוּר *durare, manere, habitare*: cum מ comparativo.

*Vers.*12.

2603 יִמְנַע Jim-náy *cohibebit*. A מָנַע *cohibuit, coercuit*, Fut. Kal.

PSALMVS LXXXV. פה

Vers. 2.

2604 שַׁבְתָּ Shábh-ta] *reduxisti*. A שׁוּב *redire, reverti*; constructum cum Accusat. *reducere, restituere*. Præt. Kal, ejecto ו, R. 58. שַׁבְתָּ, שָׁב.

2605 שְׁבוּת Shebhíth] *captivitatem*. A שָׁבָה *captivavit*, Nom. fœm. quod juxta puncta est שְׁבִית & juxta consonas שְׁבוּת (quorum utrumque idem significat) *captivitas, abductio*. Cum Affix. *Restitue* שְׁבוּתֵנוּ *captivitatem nostram*, Psalm. 126. 4. i. e. multitudinem captivorum nostrorum, cum ו loco (ִ)

Vers. 4.

2606 אָסַפְתָּ *Removisti*. Præt. Kal, ab אָסַף *collegit, congregavit aliquid* ut asservetur: hinc *reposuit, abstulit, removit*.

2607 הֱשִׁיבוֹתָ Heshi-bhó-tha] *avertisti*. A שׁוּב *reverti, averti*, Præt. Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵשִׁיב in secunda pers. assumit ו, R. 61.

Vers. 5.

2608 שׁוּבֵנוּ Shu-bhé-nu] *Converte nos*. A שׁוּב (vide paulò antè) Imperat. Kal, cum Affix. redundante (ִ)

2609 וְהָפֵר Veha-phér] *& irritam redde*. Imper. Hiph. ab הֵפִיר suprà Num. 1307.

Vers. 8.

2610 הַרְאֵנוּ Har-é-nu] *Ostende nobis*. A רָאָה *vidit*, in Hiph. הֶרְאָה *fecit videre*, i. e. ostendit. Imper. Hiph. abjecto ה, R. 103.

*Vers.*10.

2611 לִשְׁכֹּן *ad habitandum*, i. e. ut habitet. Vide suprà Num. 2160.

Vers. 11.

2612 נִפְגָּשׁוּ Niph-gá-shu] (pietas & veritas] *sibi obviam facti sunt*. A פָּגַשׁ *occurrit, obviavit*, Præt. plur. Niph. cum (ָ) ob pausam, pro נִפְגְּשׁוּ

נָשָׁקוּ (justitia & pax) *osculata sunt*. Præt. Kal, suprà Num. 113.

Vers. 12.

2613 תִּצְמָח Tits-máhh] *efflorescet*. A צָמַח *germinavit, pullulavit*, Futur. Kal cum (ָ) ob pausam.

2614 נִשְׁקָף Nish-káph] *prospexit*. A שָׁקַף suprà Num. 613. Præt. Niph. cum (ָ) ob pausam.

PSALMVS LXXXVI. פו

Vers. 4.

2615 שַׂמֵּחַ Sam-méahh] *Lætifica*. A שָׂמַח

שִׂמַּח *lætificavit*, Imper. Pihel, cum Affix. שַׂמְּחֵנוּ *lætifica nos*, Pſ. 90. 15.

Verſ. 5.

2616 וְסַלָּח Veſal-lâhh] *& condonator.* A סָלַח ſuprà Num. 1103. Legitur h. l. tantùm סַלָּח *propitius*, epitheton Dei.

2617 קֹרְאֶיךָ Ko-reé-cha] *(omnibus) invocantibus te.* A קָרָא ſuprà Num. 145. Ben. Kal, קוֹרֵא plur. קוֹרְאִים *invocantes*, In Regim. בְּקוֹרְאֵי *in invocantibus nomen ejus*, Pſal. 99. 6. Cum Affix. *omnibus* קוֹרְאָיו *invocantibus ipſum*, Pſalm. 145. 17.

Verſ. 15.

2618 וְחַנּוּן Vehhan-nún] *& gratioſus.* Ab חָנַן *gratiam fecit*, חַנּוּן *gratioſus, clemens*, Pſ. 111. 4. epitheton Dei, qui dat omnibus ſuam gratiam.

2619 אֶרֶךְ E'-rech] *longus irarum*, i. e. tardè iraſcens, vel diu ſervans iram. Ab אָרַךְ *longus fuit*, Nom. m. ſine pl. אֶרֶךְ *longitudo, longus*; ſemper conſtruitur cum אַף *ira*, vel רוּחַ *ſpiritus*, & ſemel cum אֵבֶר *ala*, Ezech. 7. 3.

Verſ. 16.

2620 אֲמָתֶךָ Ama-thé-cha] (filio) *ancillæ tuæ.* Nom. radicale fœm. אָמָה *ancilla, famula*, (ה fœmin. eſt, & ה radicale abjectum.) Differt à שִׁפְחָה *ancilla*, quòd hoc dicatur de viliori. Cum Affix. mutat ה in ת, R. 104. בֶּן־אֲמָתֶךָ *filius ancillæ tuæ*, Pſalm. 116. 16. i. e. domi natus, & educatus in ſinu domini ſui, h. e. in Eccleſia, matre piâ.

Verſ. 17.

2621 עֲזַרְתַּנִי ʋazar-tá-ni] *adjuviſti me.* Præt. Kal, עָזַר *juvit, auxiliatus eſt.* Cum Affix. ut ſuprà Num. 444. עֲזָרַנִי *adjuvit me*, Pſ. 118. 13. In ſecunda perſ. עֲזַרְתַּנִי

2622 וְנִחַמְתָּנִי Veni-hham-tá-ni] *& conſolatus es me.* A נָחַם ſuprà Num. 1067. Præt. Pihel abſorpto dageſh.

PSALMUS LXXXVII. פז

2623 יְסוּדָתוֹ Jeſu-dha-thó] *fundamentum ejus* in montibus ſanctitatis; refertur ad præcedens שִׁיר *canticum.* A יָסַד *fundavit*, Nom. fœm. יְסוּדָה *fundamentum*: cum Affix. mutat ה in ת

Verſ. 3.

2624 נִכְבָּדוֹת Nich-ba-dhóth] *Glorioſa.* A כָּבַד *gravis, glorioſus, honoratus fuit*, Part. Niph. נִכְבָּד pro Nomine, *honoratus, glorioſus*: plur. m. cum Affixo, וְנִכְבְּדֵיהֶם *& honoratos eorum*, Pſal. 149. 8. Plur. f. נִכְבָּדוֹת

2625 מְדֻבָּר Medhúb-bár] *dicuntur.* A דָּבַר *dixit*: in Pyhal דֻּבַּר *dictus eſt*, Particip. Pyhal מְדֻבָּר *dictum eſt.* Habet ante ſe fœmin. plurale, ideóque diſtributionem notat, R. 48. n. 2. *quodlibet glorioſum dicitur de te.*

Verſ. 4.

2626 רַהַב (memor ero) *Ægypti.* A רָהַב *invaluit, robuſtus fuit*, Nom. proprium רַהַב *Ægyptus*, ob fortitudinem & faſtū: in pauſa רָהַב Pſ. 89. 11.

2627 וּבָבֶל U-bhá-bhel] *& Babelis.* Nom. proprium urbis notiſſimæ בָּבֶל *Babel, Babylonia*, q. בַּלְבֵּל eliſo ל, ubi Deus בָּלַל *confudit* labium totius terræ, Gen. 11. 9.

2628 יֻלַּד Júl-ládh] *natus eſt.* A יָלַד *genuit*, Præt. Pyhal יֻלַּד *natus fuit*, pl. יֻלְּדוּ *geniti ſunt*, ſive nati, editi, Pſal. 90. 2. cum (ׄ) ob pauſam.

Verſ. 5.

2629 יֵאָמַר Je-à-mér] *dicetur.* Ab אָמַר *dixit*, Fut. Niph. cum (..) ob exclusum dagesh.

Verſ. 6.

2630 יִסְפֹּר Jiſ-pór] *narrabit.* A סָפַר ſuprà Num. 86. Fut. Kal, in prima perſ. cum Affix. mutato ו in (:) אֲסַפְּרֵם *narrabo ea*, Pſal. 139. 18. in tertia perſ. יִסְפֹּר.

2631 בִּכְתוֹב Bich-tóbh] *in ſcribendo.* Gerund. Kal, à כָּתַב *ſcripſit.*

Verſ. 7.

2632 כְּחוֹלְלִים Kehho-lelím] (& cantores) *ſicut tibicines*, ſaltatores. Ab חָלַל *perforavit*, Nom. m. חָלִיל *tibia*, quòd ſit *cava*: inde verbum *tibiâ cecinit, tripudiavit:* Benoni plural. Kal, cum כ ſimilitud.

PSALMUS LXXXVIII. פח

2633 עַל־מָחֲלַת *Super Mahhalath*, i.e. infirmitate, Arias Montan. *in infirmitate.* Ab חָלָה *corpore vel animo doluit.* Nom. Heemanth. fœmin. מַחֲלָה *dolor, ægritudo*: in Regim.

¶ לְעַנּוֹת LeYan-nóth] *ad affligendum*, i.e. per, vel propter afflictionem. A עָנָה *afflixit*, Gerund. Pihel.

2634 לְהֵימָן Lehe-mán] *Hemanis.* הֵימָן nomen proprium cujuſdam ſapientis viri, 1 Reg. 4. 31. *Et Salomon fuit ſapientior Ethane Ezrahitâ, & Hemane.* Videtur fuiſſe nepos Jehudæ ex filio Zera, 1 Chron. 2. 6. *Et filii Zera, Zimri, & Ethan & Heman:* quòd ſi ita eſt, hæc portio SS. hoc Pſalmo & ſequenti 89. contenta, eſt antiquiſſima, Moſe prior, ſcripta in ſervitute Ægyptiaca, quam patheticè Heman hoc Pſalmo, & Ethan ſequenti, deplorat.

2635 הָאֶזְרָחִי Ha-ez-ra-hhí] *Ezrahitæ.* LXX. *Iſraelitæ.* Cognomen duorum virorum, Hemanis hoc Pſalmo, & Ethanis ſequenti: forſitan ſic dictorum, quòd eſſent omnibus conſpicui ſapientiâ, à זָרַח *ortus eſt, lucem aſpexit*, Nom. Heemanth. אֶזְרָחִי

Verſ. 4.

2636 שָׂבְעָה Sa-bhe Ya] *ſatiata eſt* malis anima mea. A שָׂבַע *ſatur fuit*, Præt. fœm. Kal, Pſ. 123. 4.

2637 הִגִּיעוּ Hig-gí-Yu] (& vitæ meæ ad infernum) *pertigerunt.* A נָגַע *tetigit, attigit, pertigit*, Præt. pl. Hiph. compenſato נ per dageſh, R. 69.

Verſ. 6.

2638 חָפְשִׁי Hoph-ſhí] (inter mortuos) *liber*, ſcilicet à mundo, ab omnibus curis, negotiis, hoſtibus mundanis. Ab חֹפֶשׁ *libertas*, Nom. m. Heemant. חָפְשִׁי *liber, manumiſſus.*

2639 שֹׁכְנֵי Sho-chené] *inhabitantes* ſive habitatores ſepulchri. A שָׁכַן *habitavit*, Ben. plur. Kal, in Regim.

Verſ. 8.

2640 סָמְכָה Sa-mechá] (Super me) *incubuit* ira tua. Præt. fœm. Kal, à סָמַךְ *innixus, impoſitus fuit*: conſtructum cum עַל *incubuit alicui*, non ſuſtentandi ſed premendi causâ.

Verſ. 9.

2641 הִרְחַקְתָּ Hir-hhák-ta] *Elongaſti.* A רָחַק *longè, procul abfuit*, Præt. Hiph. הִרְחִיק *elongavit, procul removit*, Pſ. 103. 12. in ſecunda perſ. הִרְחַקְתָּ verſ. 19.

¶ תוֹעֵבָה *Poſuiſti me abominatio-*

tionem eis. A תָּעַב *abominatus*, detestatus fuit, Nom. fœm. תּוֹעֵבָה *abominatio, res detestabilis*, fœda & perniciosa.

2642 כָּלֻא Ca-lü] *inclusus* (sum) A כָּלָא *clausit, conclusit*, quovis modo *prohibuit*, Pahul Kal, pro כָּלוּא cum (ֻ) loco ו R. 107.

Vers. 10.

2643 דָּאֲבָה Da-abhá] (oculus meus) *doluit* ob oppressionem. Targ. זָלְגַת דִּמְעִין *distillavit lachrymas*, q. à דּוּב idem quod זוּב *fluxit, defluxit*. Præt. fœm. Kal, à דָּאַב *doluit, debilis fuit*; legitur h. l. tantùm, & Jer. 31. 24.

2644 שִׁטַּחְתִּי Shit-táhh-ti] *expandi*. Præt. Pih. à שָׁטַח *expandit*, *latè extendit*.

Vers. 11.

2645 רְפָאִים Repha-ím] (an) *mortui resurgent*? Targ. גְּשְׁמַיָּא דְּאִתְמְסִין בְּעַפְרָא *corpora quæ computruerunt in pulvere*. A רָפָא *dolorem mitigavit, sanavit*, plur. m. רְפָאִים *gigantes*, à sanitate & vivacitate corporis: It. *mortui*, scil. sani Metaphoricè, ab omni ægritudine. Vel à רָפָה *debilis*, *remissus fuit*, *cessavit*, mutato ה in א, רְפָאִים *vitæ expertes*, q. debiles, in quibus omnis motio cessat. LXX. ἢ ἰατροὶ ἀναστήσουσι *aut medici suscitabunt*: sc. arte sua ad vitā restituent: legerunt aliis punctis רוֹפְאִים יְקִימוּ Obiter nota, Medicos à Thalmudicis inter opifices numerari, de quibus abjectè sentiunt: in fine libri Kiddushim, טוֹב שֶׁבְּרוֹפְאִים לְגֵיהִנָּם *optimus inter Medicos ad Gehennam*, rationem affert Glossa. *Non enim metuit à morbis, vescitur lautè, nec confringit cor suum coram Deo, aliquando etiam interficit homines, quando pauperes, quos posset, non sanat.*

Vers. 12.

2646 בָּאֲבַדּוֹן Ba-abhad-dón] (veritas tua) *in perditione*, in sepulchro, ubi corpora pereunt & consumuntur. Ab אָבַד *periit*, in Pihel *perdidit*, Nom. m. sine plur. אֲבַדּוֹן *res amissa, perditio, interitus*: eleganter dicitur de sepulchro, & inferno, q. scelestium virorum destructio.

Vers. 13.

2647 נְשִׁיָּה Neshij-ja] (in terra) *oblivionis*; elegans descriptio mortuorum, quorum citò obliviscimur, Psal. 31. 13. *oblivioni traditus sum, sicut mortuus à corde*. A נָשָׁה *oblitus fuit, dedidicit*, Nom. fœm. נְשִׁיָּה *oblivio*.

Vers. 16.

2648 וְגוֹעַ Vegho-véaע] *& exspirans*, moribundus LXX. καὶ ἐν κόποις *& in laboribus*; legerunt à יָגַע *laboravit*. A גָּוַע *expiravit*, absque diuturniore mora *animam efflavit*, Ben. Kal.

2649 מִנֹּעַר Min-nó-עar] *à pueritia*. Targ. *ab adolescentia*, alii à *concussione*. A נַעַר *puer*, Nom. m. sine plur. נֹעַר *pueritia, juventus*. 4 legitur in SS.

2650 אָפוּנָה A-phú na] *addubitabo*, ne mihi hoc vel illud eveniat, *consternabor*. A פּוּן *hæsitare*, semper in bucca, פֶּן *ne fortè* aliquid accidat mali, habere. Legitur h. l. tantùm idque in Fut. Kal, cum ה parag.

Vers. 17.

2651 בִּעוּתֶיךָ Bi-עu-the-cha] *consternationes tuæ*. A בָּעַת *terruit*, Nom. pl. m. בִּעוּתִים *terrores, conturbationes*: legitur h. l. tantùm cum Affixo, & semel Job 6. 4. in Regim.

2652 צִמְּתוּתֻנִי Tsim-methû-thu-ni] *absciderunt, destruxerunt me*. Præt. Pih צָמַת

צָמַת *excîdit, succîdit, destruxit,* In tertia fœm. cum Affix. mutato ה־ in ת־ R. 97. צִמְּתָתְנִי *succidit, confecit, constrinxit me,* zelus tuus, Ps. 119. 139. In plur. צִמְּתוּ cum Affixo reiteratur תוּ ad augendam significationẽ, צִמְּתוּתוּנִי *penitùs exciderunt me:* vel est me tri causâ.

Vers. 18.

2653 סַבּוּנִי Sab-bú-ni] *Circuiverunt me.* A סָבַב *circumdedit.* Præt. Kal, per Syncopen סַב *circuivit,* suprà Num. 711. plur. סַבּוּ

PSALMUS LXXXIX פט

Vers. 3.

2654 יִבָּנֶה Jib-ba-nê] *ædificabitur.* A בָּנָה *extruxit, ædificavit,* Fut. Niph.

Vers. 4.

2655 כָּרַתִּי Ca-rát-ti] *Pepigi.* A כָּרַת suprà Num. 25. 68. prima pers. Præt. Kal, pro כָּרַתְתִּי R. 73.

2656 לִבְחִירִי Libh-hhi-ri] *electo meo.* A בָּחַר *eligit,* בָּחִיר *electus,* Cum Affix. בְּחִירוֹ *electus ejus,* Ps. 106. 23. cum Præfix. לִבְחִירִי *dilecto meo,* plur. בְּחִירִים cum Affix. בְּחִירֶיךָ *electi tui,* Ps. 106. 5. בְּחִירָיו *ejus,* Psal. 105. 6.

Vers. 5.

2657 וּבָנִיתִי U-bha-ní-thi] *Et ædificavi.* Præt. Kal, à superiori בָּנָה in prima pers. mutat ה in (י) R. 65. éstque cum ו Conversivo Præteriti, R. 79.

Vers. 7.

2658 יִדְמֶה Jidh-mé] *similis erit.* A דָּמָה *assimilavit,* Fut. Kal, R. 65.

Vers. 8.

2659 נַעֲרָץ Na-ȝarâts] *formidabilis,* Dei Epitheton, q. omnia frangens. A עָרַץ suprà Num. 546. Part. Niph. pro נִעְרָץ ob gutturalem.

Vers. 9.

2660 חֲסִין יָהּ Hhasín-jáh] (quis sicut tu) *fortis Domini?* q. esset in Regim. vel *ô Domine.* Nom. radicale חֲסִין *fortis, robustus,* magis Chaldaic. est quàm Hebr.

Vers. 10.

2661 בְּשׂוֹא Beśô] *in elevando,* i. e. dum elevant se fluctus ejus. A נָשָׂא *tulit, elevavit,* Infinit. Kal, ad formam Imperativi, ejectâ duntaxat primâ radicali, R. 68. cum ב nota Gerundii. Et aliâ formâ שְׂאֵת pro שֵׂאת Ibid. cum Affix. שְׂאֵתִי *gestare me,* infrà vers. 51.

Vers. 11.

2662 דִּכִּאתָ Dic-kí-tha] *contrivisti.* A דָּכָא *contudit, contrivit,* Præt. Pih. דִּכָּא *contrivit ad terram vitam meam,* Psal. 143. 3. i. e. attritam dejecit, éstque cum (ִ) ad formam Quiescent. tertia ה, pro דִּכֵּא sic & in secunda pers. דִּכִּאתָ *contrivisti,* pro דִּכֵּאתָ

Vers. 13.

¶ *Aquilonem* וְיָמִין *& austrum* sive meridiem. LXX. *& mare:* legerunt יָם

2663 בְּרָאתָם Bera-thám] *creasti ea.* Præt. Kal, בָּרָא *creavit,* i. e. ex nihilo aliquid quod prius non erat fecit: *formavit,* i. e. de re alia, aliam novam produxit. In secunda pers. בָּרָאתָ *creasti,* vers. 48. quiescente א in (ָ) Cum Affix. (ָ) primæ syllabæ corripitur in (ְ)

2664 תָּבוֹר Ta-bhór] *Tabor & Hermon in nomine tuo ovabũt.* Hoc versu Psalmo-

morum complexus est quatuor plagas mundi; per istos igitur montes plagam Orientalem & Occidentalem (poeticè) significari constat: Thabor enim in terra Judææ ad occidentem vergit; Hermon verò ad occidentem: unde Targ. *Desertum Aquilonis, habitatoresque Austri tu creasti, Thabor ab occidente, & Hermon ab oriente in nomine tuo laudes dicunt.* תָּבוֹר nomen propr. montis, transfiguratione Domini nostri Jesu Christi (ut creditur) nobilis: qui tribus Issacar olim erat terminus; altitudo ejus 30 stadiorum.

Vers. 20.

2665 בְּחָזוֹן Behha-zón] (locutus es) *in visione.* Ab חָזָה *vidit,* Nom. Hemanth. חָזוֹן *visio* tam oculi quàm mentis: propriè de Prophetis dicitur.

2666 הֲרִימוֹתִי Hari-mó-thi] *extuli juvenem.* A רוּם *altum esse.* Præt. Hip. הֵרִים *elevavit, extulit.* In primis & secundis person. assumit ו R. 62. הֲרִימוֹתָ *extulisti,* vers. 43. הֲרִימוֹתִי *elevavi, evexi.*

Vers. 22.

2667 תִּכּוֹן Tic-cón] (cui manus mea) *stabilis erit* cum eo. A נָכוֹן suprà Num. 257. Fut. Niph. exit in ו R. 61. in tertiam m. יִכּוֹן *stabilietur,* vers. 38. in fœm. תִּכּוֹן Psal. 93. 1. In plur. יִכּוֹנוּ *stabilientur,* Ps. 119. 5.

2668 תְּאַמְּצֶנּוּ Team-metsén-nu] (brachium meum) *roborabit eum.* Ab אָמֵץ suprà Num. 2538. tertia pers. fœm. Fut. Pih. cum Affix. נּוּ.

Vers. 23.

2669 יְעַנֶּנּוּ Je-ɣan-nén-nu] (non) *affliget eum.* A עָנָה quod inter alia significat *afflixit,* Fut. Pihel, יְעַנֶּה ob Affix. excluditur ה R 103. & sic in plur. R. 66. יְעַנּוּ *miserabiliter affligent,* Ps. 94. 5.

Vers. 24.

2670 וְכַתּוֹתִי Vechat-tó-thi] *Et contundam,* Præt. Kal, à כָּתַת *contudit, contrivit*; per Syncopen כַּת R. 70. in prima pers. assumit ו, R. 72.

2671 אֶגּוֹף Eg-góph] *plagâ afficiam.* A נָגַף *tetigit, attigit*: in malum, *percussit, feriit, læsit, afflixit.* Fut. Kal, compensato נ per dagesh, R. 69. pro אֶנְגּוֹף In secunda pers. *Ne* תִּגּוֹף *offendas,* Psal. 91. 12.

Vers. 32.

2672 יְחַלֵּלוּ Jehhal-lé-lu] (Si statuta mea) *profanaverint.* Ab חָלַל paulò antè Num. 2632. cum de rebus sacris dicitur, *violavit, polluit, profanavit, prostituit,* q. sacra divina perforavit. Fut. Pih. in prima pers. אֲחַלֵּל *profanabo,* vers. 35. in tertia plur. יְחַלֵּלוּ cum (..) ob pausam.

Vers. 34.

2673 אָפִיר A-phír] (& pietatem meam non) *irritam faciam.* A פּוּר *fractus, contritus fuit.* in Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵפִיר *fregit,* Metaph. *irritavit, irritum fecit, abolevit,* Fut. Hiph.

2674 אֲשַׁקֵּר Ashak-kér] (& non) *mentiar.* A שָׁקַר *mentitus est, dolosè egit, decepit,* Fut. Pih.

Vers. 35.

2675 אֲשַׁנֶּה Ashan-né] (& exitum labiorum meorum non) *mutabo.* A שָׁנָה *mutatus fuit,* in Pih. *mutavit, variavit, alteravit.* Fut. Pih. exit in (..) R. 65.

Vers. 39.

הִתְעַבַּרְתָּ עִם מְשִׁיחֶךָ *iratus est cum uncto tuo.* viz. Sedechia quem Nebucad-

cadnezar exoculatum in captivitatem abduxit. LXX. ἀνεβάλω τὸν Χριςόν σε *distulisti Christum tuum*: quod Interpretes de dilato Christi adventu exponunt.

Vers. 40.

2676 נֵאַרְתָּה Ne-ár-ta] *Detestatus es.* Targ. אַשְׁנִיתָא *mutasti.* LXX. *destruxisti.* A נָאַר Præt. Pihel compensato dagesh per (‥) R. 19. נֵאַר *removit, ex corde projecit, detestatus est.* Secunda pers. cum ה parag.

2677 נִזְרוֹ Niz-ró] (prophanâsti in terram) *coronam ejus*, LXX. sanctuarium ejus. A נָזַר *separavit*, Nom. m. נֵזֶר *separatio*, per Metaph. *corona*, *diadema*, insigne Regis aut summi Sacerdotis, eum à plebeis distinguens. Cum Affix. ut suprà Num. 770. נִזְרוֹ Psal. 132. 18.

Vers. 41.

2678 מִבְצָרָיו Mibh-tsa-ráv] (posuisti) *munitiones ejus.* A בָּצַר *præcîdit*, in Pih. *munivit*, Nom. Heemanth. מִבְצָר *munitio*, *munimentum*, plural. cum Affixo.

2679 מְחִתָּה Mehhit-tá] (in) *consternationem.* LXX. *in formidinem.* Ab חָתַת *cõtritus fuit*, in Hip. *prostravit, consternavit, terruit*, Nom. fœm. ex Particip. Hiph. deductum, מְחִתָּה *consternatio, formido, pavor.*

Vers. 42.

2680 שַׁסֻּהוּ Shas-su-hu] *Diripuerunt eum.* Targ. דְּמְסוּן יָתֵיה *conculcarunt eum.* A שָׁסַס *conculcavit, conculcando diripuit*, Præt. Kal, per Syncopen שַׁס R. 70. pl. שַׁסּוּ cum (ֻ) loco וּ & Affixo.

Vers. 43.

2681 הִשְׂמַחְתָּ His-máhh-ta] *lætificasti.* A שָׂמַח *lætatus est*, Præt. Hip. הִשְׂמִיחַ *lætificavit*, in secund. pers הִשְׂמַחְתָּ

Vers. 44.

2682 הֲקֵמֹתוֹ Ha-ke-mo-thó] (& non) *erexisti eum.* A קוּם *surgere*, Præt. Hiph. ejecto ו, R. 58. הֵקִים vel הֵקֵם *surgere fecit*, i. e. *erexit*: in secunda pers. assumit וֹ, R. 62. éstque cum Affixo.

Vers. 45.

2683 הִשְׁבַּתָּ Hish-bát-ta] *Cessare fecisti.* A שָׁבַת *cessavit, quievit*; secunda pers. Præt. Hiph. eliso ת, R. 73. הִשְׁבַּתָּ Psal. 119. 19. pro הִשְׁבַּתְתָּ

2684 מִטְּהָרוֹ Mit-toha-ró] *nitorem ejus.* A טָהֵר *mundus, purus fuit*, Nom. Heemanth. מִטְהָר *munditia, nitor*, in Affixione מִטְּהָרוֹ cum dagesh euphonico, & (ֳ) loco (:) pro מִטְהָרוֹ Aliâs etiam מ potest esse Præfixum, unde LXX. *Destruxisti eum ab emundatione ejus.*

2685 מִגַּרְתָּה Mig-gár-ta] (& thronum ejus in terram) *dejecisti*, LXX. κατέρραξας *collisisti.* Præt. Pih. מִגֵּר *dejecit, præcipitavit, collisit*: in secunda pers. cum ה parag.

Vers. 46.

2686 הִקְצַרְתָּ Hik-tsár-ta] *Decurtasti.* LXX. *minorasti.* A קָצַר *brevis, curtus fuit*, Præt. Hiph. הִקְצִיר *abreviavit, decurtavit.*

2687 עֲלוּמָיו Yalu-máv] (dies) *adolescentiæ ejus.* LXX. *temporis ejus*, q. ex עוֹלָם *seculum.* A עָלַם *occultavit*, Nom. pl. m. עֲלוּמִים *adolescentia*, *juventus*, q. pars ætatis occulta, quæ ad publica officia non adhibetur. Cum Affix. *Posuisti* עֲלֻמֵנוּ *adolescentiam nostram in lucem faciei tuæ*, Ps. 90. 7. i. e. peccata adolescentiæ nostræ, pro עֲלוּמֵינוּ Aut est singulare

Pahul

Pahul Kal, *absconditum nostrum*, i.e. peccatum nostrum occultum.

2688 הֶעֱטִיתָ He-yetí-tha] *operuisti* super eum pudorem. A עָטָה *texit*, *operuit*, Præt. Hiph. הֶעֱטָה idem. In secunda pers. mutat ה in (י) R. 66.

Vers. 47.

2689 תִּסָּתֵר Tis-sa-thér] *absconderis*. A סָתַר *abscondit*, Futur. Niph.

Vers. 48.

זְכָר אֲנִי מֶה חָלֶד *Memento quanti ævi ego sim*. Vel, *cujus durationis*, vel *quàm temporarius*. חֶלֶד (transpositis literis, ab חָדַל *desiit*) notat statum præsentis sæculi citò desinentis: vel breve nostræ curriculum vitæ: vel deniq; mundum, cujus figura παράγει, 1 Cor. 7.

ספר רביעי

Liber Quartus.

PSALMUS XC.

Vers. 4.

2690 אֶתְמוֹל Eth-mól] (sicut dies) *hesternus*. תְּמוֹל & cum א Heemanth. אֶתְמוֹל *heri*, *dies præteritus*.

Vers. 5.

2691 זְרַמְתָּם Zeram-tám] *Inundasti eos*, sc: annos hominum: i.e. inundatione abripuisti, aquæ instar fecisti eos labi, *somnus erunt*. LXX. *Quæ pro nihilo habentur, eorum adhuc erunt*. Præt. Kal, זָרַם *inundavit*, cum impetu fluctuavit, *abripuit*. In secunda pers. זָרַמְתָּ ob Affix. ם. prius (ָ) transit in (:) & posterius tollitur, R. 97.

2692 יַחֲלֹף Ja-hhalóph] (mane ut fænum) *mutabitur*. Ab חָלַף *mutavit* rem, vel locum, vel tempus, vel qualitatem. *Mane florebit*, וְחָלָף *& mutabitur*, vers. 6. cum (ָ) ob pausam. Inde Fut. Kal, יַחֲלוֹף cum (ֲ) sub guttur. R. 13. In plur. וְיַחֲלוֹפוּ *& mutabuntur*, Psal. 102. 27. cum י ob pausam.

Vers. 6.

2693 יְמוֹלֵל Jemo-lél] (ad vesperam) *succidetur* & arescet. A מוּל *præcidere*, *succidere*, Fut. Pih. geminatâ tertiâ, & quiescente secundâ in ו, R. 63.

Vers. 9.

2694 כִּלִּינוּ Kil-lí-nu] *Consumpsimus* dies nostros. A כָּלָה *consumptus fuit*, Præt. Pih. כִּלָּה *consumpsit*, sumitur tam in bonum, quàm in malum. In tertia pl. ejecto ה, R. 66. כִּלּוּנִי *consumpserunt me*, Psal. 119. 87. In prima, mutat ה in (י) ibid.

2695 כְּמוֹ־הֶגֶה Kemo-hé-ghe] *sicut sermonem*, qui ex ore prolatus, celeriter evanescit. Vel, *sicut halitum*. Targ. הֵיךְ הֲבַל פּוּמָא דִסְתָיָא *tanquam halitum oris hyemalem*, qui tempore hyberno magis apparet. LXX. *Anni nostri*

stri sicut aranea meditabantur: multùm divertêre à textu. Ab הָגָה *loqui, meditari, gemere*, halitum emittere, suprà Num. 19. fit הֶגֶה *locutio, meditatio, gemitus*, & citra quem hic non effertur, *halitus*.

Vers. 10.

2696 שְׁמוֹנִים Shemo-ním] (& si in fortitudinibus, i. e. in potenti & firma corporis constitutione) *octoginta* anni. שְׁמוֹנֶה *octo*; in plur. (ut & cætera numeralia cardinalia à tribus ad decem) tot notat denarios, quot in singulari unitates; שְׁמוֹנִים *octoginta*.

2697 וְרָהְבָּם Veroh-bám] *& robur eorum*, i. e. excellentissimum quodque eorum, labor & iniquitas. Targ. וְסוּגְעֵיהוֹן *& augmenta ipsorum*. LXX. καὶ τὸ πλεῖον αὐτῶν *& quod amplius eorum*, q. fuisset רָבָּם *robbam*, à רוב *multitudo*. A רָהַב *invaluit* robore & potentiâ: Nom. m. רֹהַב *robur, elatio, fastus*, per Metonym. omne illud quo homo superbire solet. Ob Affix. corripit ו in (ָ) R. 118. & (-) in (:) R. 121. facitque רָהְבָּם Aben-Ezra, *Dies* רָהְבָּם *sunt dies roboris & virium, puta dies juventutis*. Kimchi, חוֹזֶק הַיָּמִים *fortitudo dierum*, q. d. *etiam cum dies alicujus prosperè & tranquillè eunt, nil nisi labor & molestia est*.

2698 גָּז Gház] (quum) *avulsum fuerit*. A גוז *evellere, extrahere, abscindere*, Præt. Kal, ejecto ו, R. 60.

2699 חִישׁ Hhísh] *celeriter*, & avolamus. Targ. עֲדוּ בִּסְיוּהוֹבָא *transiverunt celeriter*. LXX. mirè hoc hemistichion transferunt: *Quoniam supervenit mansuetudo in nos, & erudiemur*. Ab חוּשׁ *festinare*, fit Nom. חִישׁ *festinantia*, & adverbialiter, *citò, festinanter*.

Vers. 12.

2700 לִמְנוֹת Lim-nóth] *Ad numerandum* dies nostros. A מָנָה *numeravit, supputavit*, Gerund. Kal, R. 65. כֵּן הוֹדַע וְנָבִא לְבַב חָכְמָה׃ In voce כֵּן est ambiguitas, notat n. vel *Sic*, vel *Rectum, Rectè*; duplex igitur interpretatio: Vel *Sic fac scire*, i. e. doce nos, *ut venire faciamus*, i. e. ut acquiramus, *cor sapientiæ*, i. e. sapiens. Vel, *Numerare dies nostros rectè doce nos*, &c. LXX. aliò detorquent, quæ hîc adscribere tædii aliquid afferret.

Vers. 13.

2701 וְהִנָּחֵם Vehin-na-hhém] *& pœniteat te*. LXX. *exorabilis esto*. A נָחַם suprà Num. 1067. Imper. Niph.

Vers. 14.

2702 שַׂבְּעֵנוּ Sab-be ýé-nu] *Satura nos*. A שָׂבַע suprà Num. Imper. Pih.

Vers. 17.

2703 כּוֹנְנָה Co-nena] (& opus manuum nostrarum) *confirma, stabile fac*. A כון suprà Num. 257. Imper. Pihel, geminato נ & quiescente ו in וֹ, R. 63. cum ה parag. Et cum Affixo, כּוֹנְנֵהוּ *confirma illud*, vers. eodem.

PSALMUS XCI. צא

2704 יִתְלוֹנָן Jith-lo-nán] (in umbra omnipotentis) *commorabitur*, vel *indesinenter pernoctabit*. A לוּן *pernoctare*, (unde fortè *Luna*, noctis imperatrix.) Fut. Hithp. R. 63. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 3.

2705 יָקוּשׁ Ja-kúsh] (ex laqueo) *aucupis*. A יָקֹשׁ *laqueum* aut *rete tetendit*, Nom.

Nom. ex Pahul Kal, יָקוּשׁ *auceps*, *venator*.

Verſ. 4.

2706 וְסֹחֵרָה Veſo-hhe-rá] (clypeus) & *parma* veritas ejus. LXX. *Scuto circundabit te veritas ejus*: acceperunt pro Verbo. A סָחַר *circuivit*, Nom. fœm. סוֹחֵרָה *clypeus rotundus*, *parma*, q. parva (levia) arma, unde Martial. *Hæc quæ ſæpe ſolet vinci, quæ vincere rarò, Parma tibi ſcutum pumilionis erit*.

Verſ. 5, & 6.

¶ Succincta & accurata explicatio horum duorum verſuum, extat apud Joſeph. Scaliger. Epiſt. 9. *Non metues* מִפַּחַד *à conſternatione noctu*, מֵחֵץ *à ſagitta volante interdiu*, מִדֶּבֶר *à peſte graſſante in crepuſculo* (caligine) מִקֶּטֶב *à vaſtitate in meridie*. Iſtis quatuor generibus comprehendit omnia, quæ hominibus imminent aut metuenda ſunt, uti mortalium vita multis malis obnoxia eſt. Et quia Hebræi τὸ νυχθήμερον quadrifariam partiuntur, in veſperam, in mediam noctem, in mane & meridiem; per noctem intelligit mediam noctem, per crepuſculum, veſperam: & ait nunquam per totum diem quicquam eorum, quæ hominibus impendent, metuendum eſſe ei, quem Deus tutum ab his omnibus præſtat, quíq; pietatem colit. Vaſtitatem καὶ ἐρήμωσιν Hebræi vocant קֶטֶב quod propriè eſt vis major καὶ θεομηνία, Quod quare *dæmonem* verterint LXX. neſcio. Hinc Sophiſtæ hariolati ſunt Dæmones in meridie vagantes. Et ſanè vetuſtas tales Dæmonas meridie infeſtos eſſe credebat, ut ille paſtor Theocritianus οὐ θέμις, ὦ ποιμάν, τὸ μεσαμβρινὸν, οὐ θέμις ἄμμι συρίσδεν, τὸν Πᾶνα δεδοίκαμες.

2707 מִקֶּטֶב Mik-ké-tebh] *ab excidio*, Targ. מִסִּיעַת שֵׁדִין *à cœtu dæmonum perdentium in meridie*. LXX. ἀπὸ συμπτώματος *ab incurſu*. Nom. radicale קֶטֶב *exitium*, *lues*, morbus ſubitò hominem perimens.

2708 יָשׁוּד Ja-ſhúdh] (quod) *vaſtabit* in meridie. LXX. καὶ δαιμονίου μεσημβρινοῦ & *dæmonio meridiano*, videntur legiſſe וְשֵׁד & *dæmonium*. A שׁוּד idem quod שָׁדַד *vaſtare*, *perdere*, Fut. Kal.

Verſ. 7.

2709 מִצִּדְּךָ Mits-tſid-dechá] *à latere tuo*. Ab inuſitato צָדַד fit צַד *latus*, eſt latitudinis, צֵלָע verò longitudinis. Cum Affix. aſſumit dageſh, & mutat (-) in (.) R. 125.

2710 יִגָּשׁ Jig-gáſh] (non) *appropinquabit*. A נָגַשׁ *acceſſit*, *appropinquavit*, Fut. Kal, compenſato נ per dageſh, R. 69. cum (ׇ) ob pauſam.

Verſ. 8.

2711 וְשִׁלֻּמַת Veſhil-lû-math], & *retributionem* impiorum. A שִׁלֵּם *retribuit*, Nom. fœm. שִׁלְּמָה *retributio*, in Regim.

Verſ. 10.

2712 תְאֻנֶּה Theün-né] (non) *impelletur* ad te malum, vel non *fortuitò occurret*. Targ. תֶּאֱרַע *accidet*, *eveniet*. Ab אִנָּה *cauſam*, *occaſionem præbuit*, *intulit*, *impulit*, *fato quodam indidit*, Fut. Pihel, R. 65.

2713 יִקְרָב Jik-rábh] (non) *appropinquabit*. A קָרַב *acceſſit ad aliquid*, *appropinquavit*, Fut. Kal. In tertia fœm. תִּקְרַב *appropinquabit ovatio mea*, Pſ. 119. 169.

Vers. 12.

2714 בָּאֶבֶן Ba-é-bhen] (ne fortè offendat) *in lapide* pes tuus. Nom. radicale אֶבֶן *lapis, saxum*: excluso ה Emphat. Plur. אֲבָנִים Cum Affix. אֲבָנֶיהָ *lapides ejus*, Ps. 102. 15.

Vers. 13.

2715 שַׁחַל Shá-hhal] (super) *leonem*. Nom. radicale שַׁחַל *leo*, scil: mediæ ætatis inter אַרְיֵה & כְּפִיר

Vers. 14.

2716 חָשַׁק Hha-shák] (in me) *amore propensus fuit*, Ipsum thema חָשַׁק *cupiit, desideravit*; metaphoricè, *complexus est*, amavit.

PSALMUS XCII. צב

2717 הַשַּׁבָּת Hash-shab-báth] (in die) *Sabbathi*. A שָׁבַת *cessavit*, fit שַׁבָּת *cessatio* à quovis opere, *quies, vacatio, Sabbathum*.

Vers. 2.

2718 לְהוֹדוֹת Leho-dhóth] *ad celebrandum*, vel *ad confitendum*. Ab הוֹדָה suprà Num. 300. Gerund. Hiph.

2719 וּלְזַמֵּר U-lezam-mér] *& ad psallendum*. A זִמֵּר suprà Num. 122. Infinitiv. Pihel.

Vers. 3.

2720 לְהַגִּיד Lehag-gídh] *Ad annunciandum*. Gerund. Hiph. ab הִגִּיד suprà Num. 2764.

Vers. 6.

2721 גָּדְלוּ Ga-dhelú] (Quàm) *magna sunt opera tua*. Præt. Kal, à גָּדַל *magnus fuit* quantitate vel qualitate. In secunda pers. גָּדַלְתָּ *magnus fuisti*, Ps. 104. 1. plur. גָּדְלוּ

2722 עָמְקוּ עa-me-kú] *profundæ sunt* cogitationes tuæ. Præt. pl. Kal, à עָמַק *profundus, immensus, incomprehensibilis fuit*.

Vers. 8.

2723 בִּפְרוֹחַ Biph-róahh] *In germinando*, i. e. cum germinant impii. Gerund. Kal, à פָּרַח *germinavit, flores emisit, pullulavit*.

2724 לְהִשָּׁמְדָם Lehish-sha-medhám] *ad exterminari ipsos*, i. e. ut exterminentur ipsi. A שָׁמַד *perditus, abolitus, destructus, exterminatus fuit*, Infin. Niph. cum Affixo.

Vers. 10.

2725 יִתְפָּרְדוּ Jith-pa-redhú] *dissipabuntur*. A פָּרַד *separavit, solvit, dispersit*, Fut. Hithp. cum (ּ) ob exclusum dagesh.

Vers. 11.

2726 בַּלֹּתִי Bal-ló-thi] *Mixtus* (perfusus) *sum* oleo viridi. Targ. רַבִּיתַ יָתִי *inaugurasti me*, unxisti me, i. e. constanti dominatu, viribus & potentiâ me donasti. LXX. *& senectus mea*, q. à בָּלָה *senuit*. A בָּלַל *miscuit, fudit, confudit, perfudit*, absolutè *perfusus fuit*. Præt. Kal, per syncopen בַּל R. 70. in prima pers. assumit ו, R. 71.

Vers. 13.

2727 כַּתָּמָר Cat-ta-már] LXX. ὡς φοῖνιξ *ut palma* florebit. Nom. radicale תָּמָר *palma*, arbor pulcherrima, viroris perpetui, diuturnis vestita frondibus, sine ulla successione; & quia durat multis annis, ideò ad similitudinem *Phœnicis* avis quæ multo tempore vivit, à Græcis φοῖνιξ vocata. Latinis à volæ manus similitudine, *palma*, quòd comam in cacumine habeat

beat circum extensam, & ramos in digitorum modum prætensos, unde & fructus ejus *dactyli* vocantur, quòd digitorum manus similitudinem referant. Hebræis forsitan à מָרָה *rebellis fuit*, à renitentia & rebellione, quòd in diversum nitatur, nec cedit oneri.

2728 יִשְׂגֶּה Jis-gé] *crescet*. A שָׂגָה *multiplicatus, auctus fuit, crevit*. Fut. Kal, exit in (··) R. 65.

Vers. 14.

2729 יְפְרִיחוּ Japh-rí-hhu] *germina profundent*. Fut. Hiph. à פָּרַח vers. 8.

PSALMUS XCIII. צג

2730 מָלָךְ Ma-lách] *regnavit*. Est ipsum thema, sed h. l. cum duplici (ָ) ob accentum Sarka, qui aliquando distinguit. Et Ps. 96, 10. ob accentum Rebia.

2731 הִתְאַזָּר Hith-az-zár] (robore) *accinxit se*. Ab אָזַר *cinxit, accinxit*, Præt. Hithp. cum (ָ) ob pausam.

Vers. 3.

2732 דָּכְיָם Doch-jám] (extollunt flumina) *contritionem suam*, fluctus, qui inter se colliduntur. LXX. *voces suas*. A דָּכָה *contudit, contrivit*, fit דֳּכִי *contritio*. Cum Affix. (.) transit in (:) R. 123. & (··) amittit suum (:) R. 15.

Vers. 5.

2733 נַאֲוָה Na-avá] (domui tuæ) *decora est* sanctitas. Vide Num. 1292.

PSALMUS XCIV. צד

Vers. 2.

2734 גֵּאִים Ge-ím] (super) *superbos*. A גָּאָה *altus, elatus fuit*, Nom. m. גֵּאֶה *superbus, fastuosus*. In plur. excludit ה·· R. 103.

Vers. 4.

2735 יִתְאַמְּרוּ Jith-am-merú] *eloquentur*, vel *prædicabunt se*. Ab אָמַר *dixit*: in Hithp. *se verbis prædicavit, extulit*, Fut. Hithp.

Vers. 6.

2736 יְרַצֵּחוּ Jeratſ-tſehhú] *occident*. A רָצַח suprà Num. 2020. Fut. Pihel, cum (..) ob pausam.

Vers. 8.

2737 בֹּעֲרִים Bo-ƴarím] (intelligite) *brutescentes* in populo. A Nom. בַּעַר *brutus*, suprà Num. 1767. fit Verbum בָּעַר *obbrutuit, brutus, stolidus fuit*. Ben. plur. Kal, בֹּעֲרִים Tar. דְשַׁטְיָין *qui stulti sunt*, LXX. ἄφρονες *insipientes*.

Vers. 9.

2738 הֲנֹטַע Hano-táƴ] *An plantans* aurem. A נָטַע *plantavit*, Ben. Kal, ex terminatione (-) cum ה Interrogativ. R. 77.

Vers. 10.

2739 הֲיוֹסֵר Hajo-ſér] *An corripiens* gentes. A יָסַר *castigando corripuit*, Ben. Kal, cum ה Interrogat.

Vers. 13.

2740 לְהַשְׁקִיט Lehaſh-kít] *Ad quietem præstandum*, i. e. ut quietem præstet ipsi. A שָׁקַט *quievit, in pace degit*. Gerund. Hiph.

2741 יִכָּרֶה Jic-ca-ré] (donec) *fodiatur* impio fovea. A כָּרָה *fodit, effodit*, Fut. Niph. exit in (··) R. 65.

Vers.

Verſ. 17.

2742 דּוּמָה Du-má] (habitaſſet) *ſilentium* anima mea. Targ. בִּשְׁתִיקוּתָא *in ſilentio*, LXX. τῷ ᾅδῃ *in inferno*, i. e. in quo ſilent manes. A דום *ſilere*, Nom. fœm. דּוּמָה *ſilentium*; eleganter dicitur de ſepulchro, quòd ibi mortui ſileant. Legitur h. l. & Pſal. 115. 17. *Non mortui laudabunt Deum, nec omnes deſcendentes* דּוּמָה *ſilentium*, Targ. בֵּית קְבוּרַת אַרְעָתָא *domum ſepulturæ terræ*, LXX. εἰς ᾅδου *in infernum. Vbi nota*, vocem ᾅδην non ſemper denotare infernum: ſic n. Genebrard. *Inferni nomine ſignificari ſepulchrum, quoniam in ſepulchro ſilet corpus.*

Verſ. 19.

2743 שַׂרְעַפַּי Sar-ꜥap-pai] (in multitudine) *cogitationum mearum.* LXX. *dolorum meorum.* Nom. plur. quadriliterum, שַׂרְעַפִּים *cogitationes*; convenit cum סַרְעַפּוֹת *rami*, nam cogitationes ſunt q. mentis rami. Legitur h. l. tantùm, & Pſ. 139. 23. שַׂרְעַפָּי cum (ָ) ob pauſam.

2744 תַּנְחוּמֶיךָ Tan-hhu-mé-cha] *conſolationes tuæ*, A נָחַם *conſolatus eſt*, Nom. Plur. Heemanth. תַּנְחוּמִים *conſolationes*, cum Affixo.

2745 יְשַׁעַשְׁעוּ Jeſha-ꜥaſh-ꜥú] *oblectabunt* animam meam. A שָׁעָה *aſpexit*. In Pihel abjecto ה, & geminatâ primâ & ſecundâ thematis, fit quadriliterum, שִׁעֲשַׁע *blandè, cum voluptate & oblectatione aſpexit, ſeipſum oblectavit*, Fut. Pihel.

Verſ. 20.

2746 הַיְחָבְרְךָ Haj-hhobh-rechá] *Num conſociabitur tibi.* Ab חָבַר *ſociatus, conſociatus fuit.* Futur. compoſit. ex Kal, & Pyhal; in Kal, facit יַחְבּוֹר, in Pyhal יְחֻבַּר Ob Affix. ךָ, ו tranſit in (ָ) (ut aliàs fit in Imperativ. & Infinitiv. formæ פְּקוֹד) ex Pyhal eſt יְ, & הַ Interrogativ. amittit ſuum (:) R. 77. Alii putant eſſe Futurum Pyhal, ſed Futura paſſivarum Conjugationum, non recipiunt Affixa.

Verſ. 21.

2747 יָגוֹדּוּ Ja-ghód-du] *Turmatim congregabuntur* contra animam juſti. Targ. יִכְנְשׁוּן בִּישָׁן *coacervabunt mala.* LXX. θηρεύσουσιν *venabuntur.* A גָּדַד *turmatim cucurrit, cum exercitu invaſit*, Fut. Kal, ſyncopatâ mediâ radicali, R. 70.

PSALMUS XCV. צה

Verſ. 2.

2748 בִּזְמִרוֹת Biz-mi-róth] *in pſalmodiis.* A זָמַר ſuprà Num. 122. Nom. fœm. זְמִירָה *pſalmodia, cantus.* plur. זְמִירוֹת *pſalmodiæ*, Pſ. 119. 54. Cum Præfix. בִּזְמִרוֹת abſq; (י)

Verſ. 4.

2749 מֶחְקְרֵי Mehh-keré] (cujus in manu ejus) *perveſtigationes terræ*, i. e. abſtruſa. LXX. τὰ πέρατα *fines terræ.* Ab חָקַר remota aut abſtruſa *ſcrutatus, perſcrutatus eſt*, Nom. pl. maſc. מֶחְקָרִים in Regim.

2750 וְתוֹעֲפוֹת Vetho-ꜥaphóth] *& robora montium.* LXX. καὶ τὰ ὕψη *& altitudines*: A יָעַף *laſſus, fatigatus fuit*, Nom. pl. f. תּוֹעָפוֹת *laſſitudines*, per antiphraſin, *fortitudines*: legitur 4 in SS. & dicitur de montibus, rhinocerote & argento; quarum rerum laſſitudo, vim earum immenſam notat. *Laſſitudines montium, ſunt montes altiſſimi, qui laſſitudinem aſcendentibus pariunt.*

Verſ.

Verſ. 6.

2751 באו Po-ú] *venite.* A בוֹא *venire*, Imper. Kal, בא *veni*, pro בוֹא R. 58. pl. ובאו *& venite*, Pſ. 96. 8.

2752 נִבְרְכָה Nibh-rechá] *ingeniculabimus*, Targ. נַחְמֵט *incurvabimur*, LXX. κλαύσωμεν *ploremus coram Domino*: legerunt נִבְכֶּה *plorabimus*, neglecto ר. A בָּרַךְ *geniculatus eſt*, *ingeniculavit*, *in genua procubuit*, Prima perſ. plur. Fut. Kal, cum ה parag.

Verſ. 8.

2753 תַּקְשׁוּ Tak-ſhú] (ne) *induretis*. A קָשָׁה *durus*, *auſterus fuit*, in Hiph. הִקְשָׁה *duravit*, *induravit*. Futur. Hiph. abjecto ה, R. 66.

2754 מַסָּה Maſ-ſá] (in die) *tentationis*. A נָסָה *tentavit*, Nom. Heemanth. excluſo נ, R. 161. n. 4.

Verſ. 9.

2755 נִסּוּנִי Niſ-ſú-ni] *tentaverunt me*. Præt. Pih. נִסָּה *tentavit*, plur. abjecto ה, R. 66. נִסּוּ cum Affixo.

Verſ. 10.

2756 אַרְבָּעִים Ar-ba-yím] *Quadraginta* annis. A רָבַע *cubuit*, *flexis quatuor cruribus jacuit*, Nom. Hemanth. אַרְבַּע *quatuor*; in plural. tot notat denarios, quot in ſingulari unitates.

2757 אָקוּט A-kút] *tædio affectus ſum*. LXX. προσώχθισα *infenſus fui*. A קוּט *dolore, tædio affici, faſtidire*, Fut. Kal. R. 60.

2758 תֹּעֵי To-yé] (populus) *errantium* corde. LXX. *ſemper errant corde* ſenſu eodem. A תָּעָה *erravit*, *deviavit*, Ben. Kal, תֹּעֶה plur. ejecto ה, R. 103. תֹּעִים, in Regim.

PSALMVS XCVI. צו

Verſ. 2.

2759 בַּשְּׂרוּ Baſ-ſerú] *annunciate*. Imper. Pihel, à בִּשֵּׂר ſuprà Num. 2138.

Verſ. 3.

2760 סַפְּרוּ Sap-perú] *Enarrate*. Imper. Pihel, à סִפֵּר ſuprà Num. 86.

Verſ. 5.

2761 אֱלִילִים Eli-lím] (omnes dii populorum) *idola*, LXX. *dæmonia*. Ab אֱלִיל *nihil*, *nihilum*, res non exiſtens: q. ab אַל *non*, geminato ל, ad extremam nullitatem denotandam. Plur. אֱלִילִים *idola*, q. nihilitates, quòd nihil omninò ſint, 1 Cor. 8. 4. Vel q. אַל אֵלִים *non dii*, Dei tantùm quædam fictitia umbra, opis expers. Cum Præfix. בָּאֱלִילִים *in idolis*, Pſ. 97. 7. excluſo ה Emphat.

Verſ. 9.

2762 חִילוּ Hhí-lu] *contremiſcite* à facie ejus. Ab חוּל ſuprà Num. 502. Imper. Hiph. ejecto י, R. 58. per aphæreſin literæ Characteriſticæ, pro הָחִילוּ

Verſ. 11.

2763 יִרְעַם Jir-yám] *commovebitur* mare. A רָעַם *tonuit*, *commotus fuit*, *perſtrepuit*, Fut. Kal.

PSALMVS XCVII. צז

Verſ. 6.

2764 הִגִּידוּ Hig-gí-dhu] Præt. *Annuntiarunt*, Pl. Hip. ab הִגִּיד ſuprà N. 447.

Verſ. 7.

2765 עֹבְדֵי Yo-bhedhé] *cultores* ſculpti-

ptilis. A עָבַד ſuprà Num. 109. Benononi plur. Kal, in Regim.

2766 הַמִּתְהַלְלִים Ham-mith-ha-lelím] *qui gloriantur.* Ab הָלַל *laudavit*, in Hithp. *ſe jactavit*, vel *prædicavit.* Particip. Hithp. cum ה Relativo, excluſo dagesh ex litera ſhev. R. 20.

Verſ. 10.

2767 שִׂנְאוּ Sin-ú] *odio habete malum.* A שָׂנֵא *odio habuit*, Imper. Kal.

Verſ. 11.

2768 זָרֻעַ Za-rúa] (Lux) *ſata eſt* juſto, LXX. *orta eſt*, q. ex זָרַח *ortus fuit.* A זָרַע *ſevit, ſeminavit*, *ſemen projecit* ad ſpeciem conſervandam. Pahul Kal, cum (ֻ) loco ו

PSALMUS XCVIII. צח

Verſ. 2.

2769 גִּלָּה Gil-lá] *revelavit*, Præt. Pih. גָּלָה *revelavit*, *denudavit*, R. 65.

Verſ. 4.

2770 פִּצְחוּ Pitſ-hhú] *fragorem edite* præ gaudio. A פָּצַח *fragorem*, *ſonum edidit*, *perſonavit*, Imp. Kal.

Verſ. 6.

2771 בַּחֲצֹצְרוֹת Ba-hhatſo-tſeróth] *in tubis ductilibus*, Nom. f. חֲצֹצְרָה *tuba*, nomen habet à ſono; cujus uſus erat in templo.

Verſ. 8.

2772 יִמְחֲאוּ Jim-hhaú] (flumina) *plaudent* manu. Targ. יִמְחוֹן תַּפָּיָא אִידָא *percutient tympana manu:* poetica locutio. A מָחָא *plauſit manibus*, *comploſit.* Fut. Kal.

PSALMUS XCIX. צט

2773 תָּנוּט Ta-nút] *nutabit* terra. A נוּט *nutare*, *moveri*, Fut. Kal, R. 60.

Verſ. 5.

2774 רוֹמְמוּ Ro-memú] *Exaltate.* A רוּם *altum eſſe*, Imper. Pih. R. 63.

2775 לַהֲדֹם La-hadhóm] (adorate) *ad ſcabellum* pedum ejus, i. e. in templo quod eſt ſcabellum pedum ejus: ut ל ſit pro ב. Targ. לְבֵית מַקְדְּשֵׁהּ *ad domum ſanctuarii ejus*, inde n. orantes ſe exauditurum pollicitus eſt. LXX. *adorate ſcabellum*, omiſſo ל. Genebr. *Alluditur ad geſtum adorantium regem, & ad thronum ejus accumbentium*, q. d. *coram ſcabello pedum ejus procidite, quaſi ante pedes ejus proſtrati.* Nom. radic. הֲדֹם *ſcabellum*, pars inferior ſedis, ubi pedes reſident. Cum Præfix. *Adorabimus* לַהֲדֹם *ad ſcabellum pedum ejus*, Pſ. 132. 7. LXX. *in loco ubi ſteterunt pedes ejus.*

Verſ. 6.

2776 U-ſhemu-él] *& Samuel.* Nom. proprium celeberrimi vatis & judicis in Iſraele, à שָׁמַע *audivit*, & אֵל *Deus*: dixit n. mater ejus, *quoniam à Domino poſtulavi eum*, 1 Sam. 1. 20. Vel q. שְׁמוֹ מֵאֵל *nomen ejus à Deo.*

Verſ. 8.

2777 נֹשֵׂא No-ſé] *condonans.* A נָשָׂא ſuprà Num. 1261. Ben. Kal.

2778 וְנֹקֵם Veno-kém] *& ulciſcens.* A נָקַם ſuprà Num. 387. Ben. Kal.

PSAL-

PSALMVS C. ק

Verſ. 3.

2779 וְלֹא אֲנַחְנוּ *& non ipſi nos;* juxta Moſorethas, וְלוֹ *& ipſius nos ſumus.*

PSALMVS CI. קא

Verſ. 3.

2780 עֲשֹׂה Yaſó] *facere*, i. e. facta. A עָשָׂה *fecit*, Infin. Kal.

2781 סֵטִים Se-tím] *deflectentium*, i. e. qui deflectunt. Vel, facere ut deflectentes faciunt. A שׂוּט vel שָׂטָה *declinare, deflectere*, plur. m. סֵטִים *apoſtatæ*, cum ס loco שׂ R. 1.

2782 יִדְבַּק Jidh-bák] *adhærebit.* A דָּבַק *firmiter adhæſit.* Fut. Kal, יִדְבַּק in fœmin. תִּדְבַּק *adhærebit lingua mea*, Pſal. 135. 6.

Verſ. 4.

2783 יָסוּר Ja-ſúr] (cor pravum) *recedet* à me. Fut. Kal, à סוּר *recedere*, R. 60.

Verſ. 5.

2784 מְלוֹשְׁנִי Meloſh-ni] *Detrahens* in occulto. Targ. דִּמְשַׁתְּעֵי לִשָּׁן תְּלִיתָי *qui loquitur lingua tertia*, Vide ſuprà Num. 263. A Nom. לָשׁוֹן *lingua*, factum eſt verbum in Pih. ad formam Pohel, לוֹשֵׁן *oblocutus eſt, obtrectavit, detraxit*, ſed legitur ſolùm in Partic. מְלוֹשֵׁן q. d. *linguator.* Eſt cum (ִ) parag. ob quod ֵ mutatur in (ְ) manente ו otioſo.

2785 גְּבַהּ Gebháh] *elatum* oculis. A גָּבַהּ *altus fuit, ſuperbivit*, Nom. m. גָּבֹהַּ *altus*, וְגָבוֹהַּ *& altum*, Pſ. 138. 6. In Regim. correpto (ָ) in (:) fit per craſin גְּבַהּ Plur. הַגְּבוֹהִים *illi altiſſimi*, Pſ. 104. 18.

2786 וּרְחַב U-rehhábh] *& latum* corde, i. e. tumidum (לֹא אוּכָל *non potero* ſc: ferre. LXX. *cum eo non comedam*, q. ab אָכַל *comedit.*) A רָחַב *latus, amplus fuit*, Nom. m. רָחָב *latus, amplus*, In Regim. וּרְחַב In fœmin. רְחָבָה *ampla, lata*, Pſal. 119. 96. & ſubſtantivè בָּרְחָבָה *in ipſa amplitudine*, Ibid. verſ. 45.

Verſ. 6.

2787 יְשָׁרְתֵנִי Jeſha-rethé-ni] *miniſtrabit mihi.* A שֵׁרֵת in Pih. *miniſtravit*; differt à עָבַד *ſervivit*, quòd hoc de graviore & duriore dicatur ſervitute: illud etiam liberorum eſt. Fut. Pih. cum Affixo, compenſato dageſh per (ֵ)

PSALMVS CII. קב

Verſ. 4.

2788 כְּמוֹקֵד Kemo-kédh] (oſſa mea) *tanquam aduſtione* aduſta ſunt, vel *tanquam focus*: Targ. הֵיךְ תַּפְיָא *tanquam lebes.* LXX. ὡσεὶ φρύγιον *ſicut cremium.* A יָקַד *accenſus fuit, arſit.* Nom. Heemanth. מוֹקֵד *uſtio, aduſtio, focus.*

Verſ. 5.

2789 הוּכָּה Huc-cá] *Percuſſum eſt* ut herba. A נָכָה in Hiph. הִכָּה *percuſſit*, ſuprà Num. 160. Præt. Hoph. הֻכָּה *percuſſus fuit*, eſt cum ו loco (ֻ) R. 107.

2790 וַיִּבַשׁ Vaj-ji-bháſh] *& exaruit* cor meum: ut ſol herbam viridem, ita mœſtitia percutit cor meum, quoad exareſcat. A יָבֵשׁ *aruit, exaruit.* Fut. Kal, quieſcente (ִ) in (.) R. 55. אִיבַשׁ *areſcam*, verſ. 12. cum (ַ) ob pauſam. In tertia perſ. cum ו Converſ. abjecto (ִ) וַיִּבַשׁ pro וַיִּיבַשׁ.

Verſ. 7.

2791 דָּמִיתִי Da-mí-thi] *Similis fui.* Præt. Kal, à דָּמָה *ſimilis fuit*, Pſalm. 144. 4. In prima perſ. mutat ה in (י) R. 66.

2792 לִקְאַת Lik-ath] *ululæ deſerti*, voce ſcil: lamentabili. LXX. *Pelicano ſolitario.* A קָאָה vel קוֹא *vomuit*, Nom. fœm. קָאַת *avis ſylveſtris*, vocem edens lamentabilem, *ulula*, vel *onocrotalus*, avis cygno ſimilis, ſic dicta quòd collum in aqua mergens ſpiránſque veluti ruditum aſini edat: ab ὄνος *aſinus* & κρόταλος *crepitus*. Vel *pelecanus*, avis immunda, quæ conchas calore ventris coctas, rurſus evomit, ut teſtis ejectis, eſculenta ſeligat. In Regim. קְאַת R. 114, & 115.

2793 כְּכוֹס Kechós] *ſicut noctua* ſolitudinum. Targ. הֵיךְ קִפּוּפָא דִי בְּאַרְעָא נְגוּבְתָא *ſicut noctua, quæ eſt in terra vaſta.* LXX. *ſicut nycticorax.* Nom. radicale כּוֹס *bubo*, avis feralis & nocturna, debilis ad volandum, in cavernis commorans, à bovis mugitu, quem imitari videtur, ita appellata.

Verſ. 8.

2794 שָׁקַדְתִּי Sha-kádh-ti] *Advigilavi.* Præt. Kal, שָׁקַד *ſedulus, intentus fuit, advigilavit*, Pſ. 127. 1.

2795 בּוֹדֵד Bo-dhédh] (fui ſicut paſſer) *ſolitarius*, abſque conſorte vel compare. Targ. דְּפָרַח וְנָיֵד בִּלְחוֹדוֹי *qui volitat & vagatur ſolus.* A בָּדַד *ſolus, ſolitarius fuit, ſolum ſe reddidit*: legitur tantùm in Ben. Kal.

2796 גָּג Gágh] (ſuper) *tecto.* Nom. radicale גָּג *tectum*, pars ſuperior domus plana, & ſub dio exiſtens, ut antiquus mos erat. In plur. fœm. reſoluto (׳) in (-) & dageſh, R. 112. *ſicut herba* גַּגּוֹת *tectorum*, Pſalm. 129. 6. citò areſcens.

Verſ. 9.

2797 מְהוֹלָלַי Meho-la-láj] *inſanientes mei*, i. e. contra me. Ab הָלַל ſuprà Num. 233. Particip. pl. Pihel, ad formam Pohel, cum Affixo. LXX. *& qui laudabant me*, legerunt ex הָלַל.

Verſ. 10.

    - *Organorum*, R. 1. per quinque instrumenta, inter quæ *Guttural.* אהחע sunt præcipui usûs.
    - *Potestatis*, in,
      - Quiescentes, R. 2. quæ carentes vocali, sub, vel post se, non leguntur.
      - Mobiles, sunt cæteræ omnes.
    - *Figuræ*, in
      - Uniformes, ubiq; eandem figuram habentes.
      - Biformes, R. 3. quinq; literæ finales.
  - *Puncta.* *Vide* B.
- *Compositæ*, sunt syllaba. Reg. 22. *Pura*, constans ex una litera; *Mixta*, ex pluribus.

B. *Puncta* sunt vel
- *Vocalia*
  - *Propriè dicta decem.* Reg. 4. Longa sc: & Brevia.
  - *Impropriè dictum est Sheva*, qd aut est
    - *Simplex*.
      - *Mobile*. R. 5. ab initio, in medio, post vocalem longam accentu tonico carentem; sub dagesh; post alterum (:) Et horum, geminum nusquam consistit, sed prius mutatur in (.) (-) (∴) aut (˙°) R. 6.
      - *Quiesc.* est semper a-liâs.
        - *Expressum*. R. 7. quod tollitur sub (') mediano, præcedente (.) R. 8.
        - *Subintellectum*, sub omni finali mobili, R. 9. cujus vicem subit (-) Furtiv. sub ע ח ה R. 10.
    - *Compositum* triplex (-:) (∴) (⁝) *R.* 11. & subjicitur gutturalib. R. 12. quæ
      - punctuant præcedentem simili brevi puncto, R. 13.
      - iterum liberè reassumunt (:) *R.* 14.
      - sequente (:) amittunt vel suum (:) vel suam vocalem, R. 15.
      - non tolerant ante se (-:) sed producunt illud in (-) R. 16.
- *Pronunciationi inservientia* sunt
  - *Dagesch*
    - *Lene*, Reg. 17. in literis *Begadh-kephath*, ab initio vel post (:) quiescens.
    - *Forte*, post vocalem brevem regulariter. R. 18. quod demitur
      - necessariò ex gutturalib. & compensatur vocali longâ, R. 19.
      - accelerandæ pronuntiationis causâ ex litera shevata, R. 20.
  - *Mappik*. Reg. 12. est in solo ה finali, mobili.



C. *Vox generaliter spectata*, est vel
- *Declinabilis*.
  - *Nomen*. Vide D.
  - *Pronomen*. E.
  - *Verbum*.
    - Perfectum. F.
    - Imperfectum
      - Quiescent. G.
      - Defect. H.
- *Indeclinabilis*, sive particula
  - Separabilis, pertinet ad Lexica.
  - Inseparabilis. I.

- Utrique voci accidit
  - *Suffixio*
    - *Affixorum.* K.
    - *Literarum paragog.* L.
  - *Mutatio.* M.
  - *Accentus.* N.
- Vox declinabilis est vel
  - *Nuda*, ex solis radicalib. constans.
  - *Aucta*, literas האמנתי accipiens.
    - R. 23.
      - *illius*, prima radical. post Heemanthic. accipit (:) R. 24.
      - *hujus*, litera Heemanthica itidem poscit (:) R. 25.

D.

Nomen consideratur vel in statu

- *Simplici*, ubi
  - *Genus*
    - Masculin. Reg. 26. desinit in quamcunque literam.
    - Fœmin. Reg. 27. exit in ה vel ת
    - Neutrum. Reg. 28. exprimitur per adjectivum absolutè positum.
  - *Comparatio.* R. 29. peragitur in
    - *Comparativo* per *magis* & *præ.*
    - *Superlativo* per *valdè* & *in.*
  - *Numerus*
    - Dualis. R. 30. exit in ַיִם־
    - Pluralis
      - Mascul. R. 31. in ים.
      - Fœmin. R. 32. in ות
  - *Casus.* Reg. 33. aliquando discernuntur articulis præfixis, ה index Nomin. Vocat. præcipuè Genit. ל Genit. & Dat. את Accusat. ב & מ Ablativi.
- *Constructo*, spectans congruentiam Substantivi cum
  - Substantivo in Regim. & tum fœmin. ה transit in ת- & masc. ים. in י.. R. 34.
  - Adjectivo, quod semper substantivum sequitur, R. 35.

E.

Pronomina sunt quinque

- Tria declinabilia. R. 36. personæ scilicet primæ, secundæ & tertiæ.
- Duo indeclinabilia. R. 37. Relativum scil: & Interrogativum.

F.

Verbum consideratur, vel

- *absolutè*, ubi
  - *Tempus*
    - *Homogeneum* verbo proprium.
      - *Finitum.*
        - *Præteritum*, R. 38. cujus termination. *A*, *Ta*, *T*, *Ti*, *V*, *Tem*, *Ten*, *Nu.*
        - *Futur.*
          - *Imperans*, R. 39. cujus termination. *Juna*,
          - *Promittens*, R. 40. cujus literæ characterist. *Ethin.*
      - *Infinitum*, sive Infinit. mod. R. 41. quod cum literis *Bachlam* constituit Gerund.
    - *Heterogeneum*, quod nominis flexionem habet: Estque Participium, R. 42. Benoni sive Præsens, & *Pahul* sive Præter. in passivis.
  - *Conjugat.* quatuor
    - *Prima* —
      - Act. *Kal*, R. 43.
      - Passiv. *Niph.* R. 44.
    - *Secunda*
      - Act. *Pih.*
      - Pass. *Pyh.*
      - R. 45.
    - *Tertia*
      - Act. *Hiph.*
      - Pass. *Hoph.*
      - R. 46.
    - quarum omnium
      - Præterita, R. 49.
      - Imperat. & Infinitiv. R. 50.
      - Futur. R. 51.
      - Part. R. 52.
    - *Quarta*, *Hithphael*, R. 47. in qua ת, syllabæ formativæ *Hith*, cum prima radical. est sibilans postponitur.
- *Relatè* ad nomen, Reg. 48. quod Nomini convenit genere, num. & personâ.

G.

G. *Quiescentia* sunt vel in radicali

- *Primâ*
  - א, quæ primam syllab. Fut. Kal, faciunt ֵ R. 53.
  - י ubi prima radic. (י) in
    - *Kal*
      - Imperat. & Infinit. abjicitur, R. 54.
      - Futuro, occultatur in (ֵ) R. 55.
    - *Niphal* in Præt. & Part. transit in ו, in Imper. Fut. & Infin. in ו dageshatum, R. 56.
    - *Hiphil* transit in ו, *Hophal* in ו, Reg. 57.
- *Secundâ* ו quæ in Conjug.
  - *Primâ & tertiâ*
    - *expungunt* mediam Thematis, R. 58.
    - *desinunt* in
      - Kal
        - Præterito & Participio in (ָ) R. 59.
        - Imperat. Fut. & Infinit. in ו, R. 60.
      - toto Niphal in ו R. 61.
    - *assumunt* ו ante afform. ת & נ in Præt. Niph. & Hiph. R. 62.
  - *Secundâ & quartâ*, loco dagesch assumunt ו ad formam Pohel. R. 63.
- *Tertiâ*
  - א, quod quiescit in
    - Kal in (ָ)
    - reliquis in (ֵ)
    - R. 64.
  - ה, R. 65. quod in
    - *medio* syllabam
      - terminans, mutatur in י quiescens.
      - inchoans, abjicitur, R. 66.
    - *fine*, apocopatur, R. 67. maximè ob ו Conversiv.

H. *Defectiva* habent radicalem

- *Primam* נ, sicque נ
  - *initiale* ab Imp. & Infin. Kal, exulat, R. 68.
  - *medianum* in Fut. Kal, Præt. & Part. Niph. toto Hiph. & Hoph. in dagesch commutatur, R. 69.
- *Secundam geminatam*, quæ in Conjug.
  - *Levibus*
    - syncopant mediam, R. 70.
    - assumunt ו in Præteritis, ante afformativ. נ & ת R. 71.
  - *Gravibus*, loco dagesch habent ו ad formam Pohel. R. 72.
- *Tertiam* נ vel ת, quod sequente servili נ vel ת per dagesch compensatur, R. 73.

I. *Literæ præfixæ* sunt septem,

- מ Reg. 74. (à, ab, de, præ) præfigitur per (ִ) sequente dagesh: sed gutturalib. & ר per (ֵ)
- ש Reg. 75. (qui, quæ, quod, quòd) habet (ֶ) sequente dagesh.
- ה
  - Emphaticum, R. 76. & Relativ. habet (ַ) sequente dagesh, sed ante guttural. & ר plerumq; (ָ)
  - Erotematicum, R. 77. præfigitur cum (ֲ)
- ו
  - Copulativum, R. 78. habet (ְ) sed ante aliud (ְ) aut literam Labialem assumit ו, at ante accent. distinctiv. (ָ)
  - Conversivum, Futur. præfigitur per (ַ) sequente dagesh, R. 79. ante (י) amittit dagesh, & ante א habet (ָ)
- כ ל ב *sicut ad, in in, per*
  - notantur cum (ְ) R. 80. propter accentum cum (ָ)
  - excludunt ה Emphatic. R. 81.
  - ante *Elohim* gestant (ֵ) & ante *Adhonaj* & *Jehová*, (ַ) R. 82.
  - assumunt syllabicas adjectiones, *De*, *Phi*, *Mo*, sed rariùs, R. 83.

K. *Affixa*, R. 84. copulantur vocibus

- *declinabilib.* per certa puncta à Reg. 85. ad 96. ut jam in Tabella habes. Et
  - mutant termination. Præt. *A* in *Ath*, *Ta* in *T*, *T* in *Ti*, *Tem* & *Ten* in *Tu*, R. 97.
  - transponunt puncta, in forma *Pha-kedhá*, & *Phá-kedhú*, R. 98.
  - præmittunt sibi (י) in Dual. & Plural. num. R. 99.
  - inserunt נ Epenthet. in Futuris. R. 100.
- *indeclinabilibus* more declinabilium, R. 101.

Tabula Affixorum, monstrans qualia puncta sibi præmittunt

In Nominibus & Participiis. In Verbis.

In singul. numero.	In Plur. & Duali.		In Præteritis.	In reliquis.	
ִי	ַי in pausa ָי	*meus a, um*	נִי m. ַנִי f.	ֵנִי	*mihi, me.*
ֵנוּ	ֵינוּ	*noster a.um.*	ָנוּ m. נוּ f.	ֵנוּ	*nobis, nos.*
ְךָ ְכָה in pausa ָךְ cum gut. ֶךָ	ֶיךָ	*tuus a.ū.* m.	ְךָ	In omnibus.	*tibi, te,* m.
ְכֶם	ֵיכֶם	*vester a.ū.*m.	ְכֶם		*vobis, vos,*m.
ֵךְ ִכִי	ַיִךְ	*tuus a. um.*f.	ֵךְ		*tibi, te,* f.
ְכֶן	ֵיכֶן	*vester a.um*f.	ְכֶן		*vobis, vos,* f.
וֹ הוּ ֵהוּ ֶנּוּ	ָיו ֵיהוּ	*ejus, suus.*	ָהוּ וֹ m. ַתְהוּ f.	הוּ ֶנּוּ ֵהוּ	*illi, illum.*
ָם ָמוֹ	ֵיהֶם ָם ֵימוֹ	*eorū, suorū.*	ָם ָמוֹ m. ַתַמוֹ f.	ֵם ֵמוֹ	*illis, illos.*
ָהּ	ֶיהָ	*ejus, sua.*	ָהּ	ָהּ ֶנָּה	*illi, illam.*
ָן	ֵיהֶן ָן	*illarū, suar.*	ָן	ֵן	*illis, illas.*

L.
Litera Paragogicæ sunt sex R. 102.
- א apponi solet terminationi verbali ו
- ה secundæ pers. Præt. et Futuri utriusque num. primæ. In nominib. Loci dicitur *Locale.*
- ו } Regimini.
- י } Participiis.
- נ terminationibus Verborum י. & ו
- ת tribus Infinitivis.

M.
Mutatio vocum fit in
- *Consonis.*
  - ה
    - radicale in flexione generis aut numeri, itemque in Affixione, abjicitur, R. 103.
    - afformativ. generis, cum Affix. mutatur in ת, R. 104.
  - ם multitudinis ob Affix. tollitur, R. 105.
- *Formis*, cum in Regimine ָה. mutatur in ַת in iis quæ incipiunt à מ vel ת Heemanth. R. 106.
- *Punctis*, ob
  - *euphoniam* ponitur
    - (ְ) pro (ֵ), (ִ) pro (ֵ) & contrà, ֻ pro וּ & contrà, ֻ pro (ָ) vel (ֹ) et contrà, (ַ) pro (ֶ) vel (ָ) & contrà, R. 107.
    - (ַ) { pro terminali (ֵ) R. 108. ante gutturalem kametsatam pro (ֶ) R. 109.
    - duplex (ֶ) quando penult. litera est ח, ע pro duplici (ַ) R. 110.
    - (ֵ) pro duplici (ֶ) cum penult. est א, R. 111.
    - dagesch, loco vocalis linguæ. Et contra, R. 112.
  - *incrementū & Regimen.* R. 113. mutatur
    - (ָ) { penult. in (ְ) R. 114. ultim. in (ַ) R. 115.
    - (ֵ) { penult. in (ְ) R. 116. finale in (ְ) R. 117.

A

A (ִ) { penult. in (:) vel (ְ) R. 118.
ultim. in (:) R. 119.

(-) { penult. in (:) R. 120.
ultim. in Nom. flexione, & Verbor. affix. in (') in
Nomin. verò affixione & ה parag. in (:) R. 121.

(..) { penult. in (:)
ultim. cum Affixo in (:) in declinat. } R. 122.
in (,) R. 122.

(.) ultim. { cum Affix. in (:)
ante (ו) { in declinat. in (,) R. 123.

formæ מוֹת & חוֹב in unam longam, R. 124. scil. (.) et
(..) præsente ו in ו, et (-) ac (.) præsente (ו) in (..)
crescentium defectivor. longæ in breves, R. 125.

N. *Accentus* est vel
- *Tonicus*, cujus
  - *Sedes* in
    - *ultimâ*, { crescente, R. 126.
    - voce { desinente in duas mobiles & vocal. longam, R. 127.
    - *penultimâ*, si duæ postremæ sint æqualis quantitatis, R. 128.
  - *Officium*
    - commune omnium, acuere syllabam, Reg. 129.
    - proprium Regum
      - sententias distinguere, R. 130.
      - facere syllabam brevem, longam, R. 131.
      - reducere (:) ad suam originem i. e. in (,) (..)
        ְ vel (..) R. 132.
- *Euphonicus*
  - Methegh. Reg. 133. accentum tonicum præit.
  - Maccaph. Reg. 134. dictiones unit.

APPENDIX.

1 De Aramæismis, sive Chaldaismis et Syriacismis, à Reg. 135. ad 146.
2 De Investig. Thematis, à Reg. 147. ad 161.

Lite-

LITERARUM HEBRAICARUM
Nomina, Figuræ, Similitudo, Poteſtas.

Nomina.	*Figura.*	*Finales.*	*Similitudo.*	*Poteſtas.*	*Num.*
Aleph	א			*Spiritus lenis*, quem Græci per (') notant, ut ἀ'δάμ; nudam oris apertionem indicat.	1
Bheth	ב		ב כ	*bh* leniſſimum; cum dageſh, בּ *b* durum.	2
Ghimel	ג		ג נ	*gh* leniſſimum, cum dageſh גּ *g* durum.	3
Dhaleth	ד		ד ך ר	*dh* leniſſimum, ferè ut in Anglor. articulo *that*, cum dageſh דּ *d* durum .	4
He	ה		ה ח	*h*. Spiritus denſus Græcorum (') ut in ἁμὶν.	5
Vau	ו		ו ז	*v* conſon. quâ Græci carent : ſeu digammon *vv*	6
Zajin	ז		ז ן	*z*. vel *ſ*. dum inter vocales pronunciatur, ut in *miſer* :nimius ille ſuſurrus literæ צ hic temperatur.	7
Hheth	ח		ח ת	*hh*. ſpiritus denſior, quàm denſus (') Græcor. aſperiùs pronunciandum quàm הּ, mitiùs quàm כ	8
Teth	ט		ט מ	*t* Latinum vel Græc. τ.	9
Jodh	י		י ו	*j* conſonans, ictu quodam petit ultimos dentes.	10
Chaph	כ	ך		*ch*. proximè accedit ad χ, craſſiore ſpiritu effertur quàm ח, cum dageſh כּ & ק eandem prolationem obtinent	20
Lamech	ל			*l* Latinum, λ *Græcor*.	30
Mem	מ	ם		*m* Latinum, in interiori parte ſonum, compreſſis labiis colligit, quem poſtea mugitu quodam exerit.	40
Nun	נ	ן		*n* Latinum, ν Græcorum.	50
Samech	ס		ס ם	*ſ*. ſibilum anſerum & ſerpentum refert.	60
Ghnajin	ע		ע צ	ſonum habet talem (ut Syrus Grammaticus ait) qualem vitulus edit, abſente matre.	70
Phe	פ	ף		*ph* vel F. cum dageſh פּ *p* Latin.	80
Tzade	צ	ץ		*tſ*. aſperiori ſuſurru profertur quàm ז	90
Koph	ק			*k* vel *q* Latinum.	100
Reſch	ר			*r*, Perſio litera canina, quòd tremula linguæ vibratione, canum, dum ringuntur, ſonum imitatur.	200
Schin	שׁ			*ſch*. cum puncto *Iamin*, i. e. dextro, ſonat *ſch*, Anglor. *ſh*: non longè abit à Latina prolatione, in *ſcindo*, *aſcendo*.	300
Sin	שׂ			cum puncto ſiniſtro, ſonat ut *ſ*. etſi non tam intenſi ſpiritus ſit.	
Thau	ת			*th*. Græc. ϑ ut effertur in Anglor. *thief*, *ſmith*; cum dageſh תּ *t* durum.	400

Caput Primum.

De Consonis & Vocalibus.

R. 1.  *Atione organi, literæ dividuntur in*

Gutturales אֲהֲחֲע
Labiales בּוּמְף
Palati גִיכְק
Linguales דַּטְלְנָת
Dentales זְסַצְרָשׁ

Consect. Literæ ejusdem instrumenti sæpè inter se commutantur: ut, נָשָׂא & נָסָה *eleva.*

R. 2. *Quiescentes* אהוי Ehevi, *carentes sub, vel post se vocali, quiescunt*; i.e. elingues fiunt.

Exc. 1. (ו) in fine dictionis, post (ָ) (ַ) וֹ vel ו quasi diphthongescit; ut, פָּנַי *pa-naj*, גּוֹי *goj*, גָּלוּי *ga-luj*.

2. י In fine movetur, licet vocali careat; ut פִּיו *piv*.

Consect. 1. *Ehevi* de facili inter se permutantur: ut ex פָּרָה fit פְּרִי *fructus*.

2. *Quiescentes*, quia inter pronunciandum non audiuntur, sæpè in scribendo negliguntur; & contrà, interdum redundant.

R. 3. *Finales* כמנפץ *memoriali* Camnaphetz *comprehenduntur*. Sicque semper in fine vocis pinguntur: excepto הֵם *ipsi*, Neh. 2.13. cum ם recurvo in fine. Et לְםַרְבֵּה *ad multiplicationem*, Esa. 9.7. cum ם clauso in medio.

R. 4. *Vocales propriè dictæ sunt decem:*

Longæ.			*Breves.*		
Kamets	ָ	α	Patahh	ַ	ă
Tzeri	ֵ	η	Segol	ֶ	ε
Hhirek magn.	ִי	ει	(.) parvum	ִ	ι
Hholem	וֹ	ω	(ָ) breve	ָ	ο
Shurek	וּ	ȣ	Kybbutz	ֻ	υ

Nota. 1. Vocales non inchoant syllabam; excepto וּ ante Labiales vel literam shevatam: ut, וּמָה *V-má*, וּלְשׁוֹן *V-leshón*.

2. Vocales longæ constituunt per se syllabam, (ut מָ *ma*) nec attrahunt ad se literam sequentem, nisi in fine dictionis: ut, גֵּר *ger*.

3. Vocales breves attrahunt ad se literam sequentem: ut סַר *sar*. Excepto (ַ) (ֶ) & (.) in penult. syllaba, ut נַעַר *Ná-ųar*, מֶלֶךְ *Mé-lech*, יִרֶב *ji-rebh*.

4. (ִ) aliquando scribitur absque (י) Et tum, *omne* (.) *in fine dictionis sustinens accentum: aut in medio, non sequente* (:) *aut dagesh, longum est*: ut נִפְלִים דָּוִד.

5. (ִ) vel ו medianum, immediatè sequente (:) aut dagesh, breves sunt: ut, כִּיתְרוֹן *Cith-ron*, יוּלְדוּ *jul-ledhú*.

6. (ֹ) interdum scribitur sine ו, ut לֹא. Coalescit cum שׁ, quando præcedens litera vocali caret: ut, מֹשֶׁה *Moshé*. Cum שׂ, quoties ipsa litera שׂ vocali destituitur: ut, שֹׂנֵא *So-né*.

7. (וֹ) vel וּ habens aliam contiguam vocalem, est consona ו: ut, יְהוָֹה *Jeho-vá*. קִוָּה *Kiv-vá*, sicque ו gestat dagesh.

8. Figura (ָ) est (ָ) breve,

1. Ante (ֳ) ut מָאֳחָז *Mo-ohház*, קָסְמִי *Ko-somí*.

2. Ante (:) aut dagesh, nullo interveniente accentu: ut, זָכְרָה *Zoch-rá*, רָנּוּ *Ron-nú*.

3. Ante lineam Maccaph: ut כָּל־ *col*.
Exc. א vel ה, ut לָא־ *la*, מָה־ *ma*.

4. Si sit finale, in dictione quæ

incipit cum ו convers. ut וַיָּקָם *Vaj-já-kom.*

9. (:) non sequente dagesh, est vicarium ֻ ו, ut גְּבְלְךָ *Gebhù-lechá.*

Cap. II.

De Sheva Simplici (:) & Composito.

R. 5. *Sheva (:) legitur per E rapidissimum,*

1. Ab initio vocis: ut דְּהַן *dedhan.*

2. In medio post vocalem longam: ut מָסְרָה *Ma-sera,* (*aut longæ vicariam; ut* יְגְרְךָ *jeghù-rechá.*)

3. Post socium, *i.e. alterum* (:) ut נִפְקְדוּ *Niph-kedhú.*

4. Sub dagesh: ut מַסְּרוּ *Mas-serú* (*etiam subintellectum:* ut הַלְלוּ *Ha-lelu,* ex הַלְּלוּ Vide R. 20.)

R. 6 *Geminum* (:) *ab initio,* (& in medio post syllabam perfectam) *nusquam consistit, sed prius mutatur in* (.) (-) *vel* (··) maximè ob guttural. & ר. *Rarissimè in* (·:)

Posteriori (:) ablato, prius redit: ut פִּקְדוּנִי ex פִּקְדוּ quod ex פְּקַד R. 121.

R. 7. *Sheva syllabam terminat* (i.e. quiescit)

1. In fine dictionis: ut, קָמְתְּ *kámt.*

2. In medio post vocalem brevem: ut קַמְתָּ *kám-ta.*

3. Ante socium: ut קֹשְׁטְ *kosht.*

4. Post vocalem longam accentu tonico notatam: ut מָסַ֫רְתְּ *Ma-sarta,* (*Est a. Accentus tonicus, vel solus, vel si sint duo in eadem voce, ultimus.*)

R. 8. (:) *Quiescens sub* (ו) *mediano tollitur, cùm præcedit* (.) *ut,* וַיְהִי *pro* וַיְּהִי (*sheva n. quiescens non competit* (ו) *Sic* מוּמִינִי *pro* מוּמְתִי.

R. 9. *Subintelligitur* (:) *quiescens in fine, sub omni consona mobili, vocali destitutâ: ut,* פְּקַד *q.* פְּקַדְ.

Ac mox elucescit, dum literæ finali aliquid additur; ut, פָּקַדְתָּ ex פְּקַד.

Ponitur verò expressè in ךְ non Kametzato. Item sub literis בְּרַךְ & טֹפֶת post socium (:); ut, יֵשְׁבְּ *jishb,* תוֹסְףְּ *tosph,* קֹשְׁטְ *kosht,* יַשְׁקְ *jashk.*

R. 10. *Vicem shevatis subintellecti, subit* (-) *Furtivum, sub gutturalibus* עחה *& ante consonam effertur.*

Ponitúrque sub ultima post unam ex 4. postremis vocalibus longis, aut etiam (·:) ut אֱלֹהַּ *Eloah,* שָׁלֹחַ *shaluahh.* Sed incremento accedente, evanescit: ut, אֱלֹהִים.

Sub penultima verò, in forma נָבַהַתְּ ut פָּקַדַתְּ *ga-bháaht,* pro נָבַהְתְּ Sic, שָׁמַעַתְּ *sha-máayt,* לָקַחַתְּ *lakáahht.* Itémque in unico Fut. Kal, יֵחַד *jíahhd,* pro יֵחַדְ ex יָחַד, Vide Reg 67. n. 1.

R. 11. *Sheva Compositum est triplex,* Hhateph *i.e. raptum*

Pathahh	-:	a		*brevius*
Segol	·:·	e		
Kamets	·:	o		*breviori*

R. 12. *Gutturales loco* (:) Mobilis, *perpetuò compositum amant. Loco* (:) Quiescentis, *usitatè.*

Hostis enim gutturalium, est (:) utpotè cujus rapiditas cum sono gutturalium non consistit: proindè gutturales nunquam assumunt (:) mobile, raró quiescens.

Præterea, regulariter solæ gutturales admittunt Sheva compositum; ideóque (-:) vel (··:), sub non-gutturalibus, fit tantùm adventitium: ut, וּשְׁמַע *& audi,* לֻקֳחָה *sumpta est.*

R. 13. *Gutturalis shevâ composito affecta, punctuat præcedentem* (mobiliter shevandam) *eo puncto ex quo componitur.*

Scilicet { -: ··: ·: } punctuat præcedentem cum { - ·· · }

Hha-

R.14. *Hhateph (i. e. sheva compositum) prognatâ vocali ex se, liberè redit in* (:) *ut* יֶהְגֶּה meditabitur, *ex* יֶהֱגֶּה *pro* יֶהְגֶּה Sic יַהֲפֹךְ vertet, *ex* יַהֲפֹךְ *pro* יַהְפֹךְ.

(Sicque, quando sub gutturali reperitur (:) & præcedens litera servilis habet (-) vel (··) tunc tale (:) ortum est ex composito.)

R 15. *Sheva compositum, non patitur post se simplex: ideóque amittit vel suum* (:) *vel suam vocalem*, & transit in (:) simplex: *ut*, מַעְשְׂךָ *pro* מַעֲשְׂךָ *ex* מַעֲשֶׂה opus. *Sic*, נֶהֶפְכוּ *pro* נֶהְפְּכוּ *ex* נֶהְפַּךְ conversus fuit.

R 16. *Gutturales non tolerant ante se* (·:) *ideóque illud sub servili* ה *producunt in* (-) *ut*, הַאִם an si ? *pro* הֲ infrà Reg. 77.

Cap. III.
De Dagesh & Mappik.

(*Dagesh*, à Chald. voce דְּגַשׁ *pupugit*, est punctum in ventre literæ. Estque vel *Lene* vel *Forte*.)

R.17. **D***Agesh Lene, à sex literis* בְּגַד כְּפַת *aspirationem tollit, earúmque pronuntiationem nonnihil roborat.* (Ut fit in Latino, Imber, Agmen, Lego)

Regulariter imprimitur ab initio: in medio a. & in fine, post (:) silens, ut פָּקַדְתָּ, פָּקַדְתִּי Omittitur verò ab initio post *Ehevi*; ut, כִּי בָלוּ בְיָגוֹן At si præcesserit vox יְהוָה, aut accentus Regius; vel etiam duæ ex בְּגַד כְּפַת concurrant, Dagesh ab initio post Quiescentes manet: ut, יְהוָה בַּשָּׁמַיִם *Jehova in cœlis.* וְהָיָה כְּעֵץ *& erit* (vir ille) *instar arboris.* (ubi suprà וְהָיָה ponitur accentus *Rebia*.) בְּנֵי דְדָן *filii Dedhan.* It. omittitur in medio in Affixo, כֶם, aut si (:) fuerit ex vocali longa profectum, ut לִבַבְכֶם ex לֵבָב *cor.* Itémque in forma מַלְכוּת.

(*Nota.* Dagesh *Lene*, dicitur comparatione ejus quod *Forte* appellamus, nam lenius eo est, cum alioquin *lene* propriè non sit.)

R.18. *Dagesh Forte literas duplicat; ita, ut prior literæ pars cum priori, & posterior cum posteriori puncto, efferatur: ut*, פִּקֵּד Pak-kedh *Regulariter sequitur vocalem brevem*; longam non, *nisi accentuatam: ut*, לָמָּה *Excepto* בָּתִּים battim, *domus.*

Estque triplex:

1. *Characteristicum*, formationis, Conjugationis scil. secundæ & quartæ.
2. *Compensativum*, literæ deficientis.
3. *Euphonicum*, ornatûs, quod est omnium literarum, sed maximè tertiæ radicalis, quando sub secunda præcedit (.) (-) vel (·) ut, כַּלָּמָה, קְטַנָּה, עֲבֻדָּה, Aut quando vox terminatur in (ִ) ut, עָנִי *pauper*. Pl. עֲנִיִּים.

R.19. *Consonæ gutturis & canina* ר, *abhorrent à dagesh*, (א tamen 4 in locis, & ר 9 eo afficitur;) *ideóque defectum ejus vocali longâ compensant*: scilicet mutando (-) in (ָ) & (.) aut (·) in (..) & (·) vel (·) in ו aut ו.

Et hæc quidem compensatio ante ר semper fit: at ante gutturales sæpè compensatio negligitur.

R.20. *Dagesh* (accelerandæ pronuntiationis causâ) *sæpè ex literis shevatis tollitur, maximè* (י) *vel* מ, *necnon ultimâ mobili vocali destitutâ: ut* וַיְכַל & perfecit, *pro* וַיְכַלֶּה Vide Reg. 67.

R.21. *Mappik* (à נָפַק eduxit) *est punctum in solo* ה *finali, ut doceat illud conatu quodam efferendum: ut* אֱלוֹהַּ.

Sed incremento accedente, perit: ut, אֱלֹהִים.

Cap. IV.

De Syllaba.

(Ex Consonis & Vocalibus fit Syllaba, quæ est vel Pura vel Mixta.)

R.22 *Pura constat ex una consona: ut,* פָּ pa. *Mixta ex duabus, tribúsve: ut* קַד kadh, קַדְתְּ kadht.

Utriusque proprietas est unam tantùm vocalem complecti; ideóque Hebræi veras diphthongos non agnoscunt, sed tantùm *Quasi-diphthongos.* Nam etsi ו & י in fine dictionis, à quibusdam diphthongescere dicantur, ut קַו *kav,* גּוֹי *goj,* גָּלוּי *ga-luj,* si tamen ei aliquid addideris, mox ostendet se esse consonantem & non vocalem: ut, קַוָּם *kav-vám,* גּוֹיִם *go-jím,* גְּלוּיִם *gelu-jím.* Simile quid est in Latino *Cui, Cujus. Ei, Ejus.*

Cap. V.

De *voce in communi.*

R.23. *Vox Nuda, sive* Primitiva, *solis literis Radicalibus constat: ut,* דָּבָר verbum.

Aucta sive *Derivativa,* præter Radicales, aliquam ex sex literis (*quæ hoc vocabulo artis comprehenduntur*) הֶאֱמַנְתִּי à tergo vel à fronte suscipit; ut מִדְבָּר *desertum.*

Literarum *Heemanthi* usus est in omni voce. In Nominibus Heemanthicis א ה & ת præponuntur: ut, אֶצְבַּע *digitus,* הַשְׁמָעוּת *auditus,* תְּהִלָּה *laus.* (Sin a. postponantur, non formam Heemanthicam, sed terminationem fœm. constituunt, R.27)

מ rariùs dictionem claudit: ut, סֻלָּם *attactus,* פִּדְיוֹם *redemptio.* Sicque aliquando format adverbia, ut יוֹמָם *interdiu,* פִּתְאֹם *repentè,* חִנָּם *gratis.* Sed sæpissimè vocem inchoat: ut, מַאֲכָל *cibus,* מַמְּגֻרוֹת (quod solùm est cum duplici מ Heemanth.) *granaria.* Et plerunque מ nomina instrumenti constituit: ut מָגֵן *clypeus,* מַפּוּחַ *follis,* מַפְתֵּחַ *clavis,* מִזְרֶה *ventilabrum,* מְנוֹרָה *candelabrum.* Et sic מָאוֹר *luminare,* id est, corpus pellucidum, per quod אוֹר *lux,* splendorem suum transmittit.

נ Propriis præponitur: ut *Nimrod, Naphthali.* Rariùs Appellativis, ut נַפְתּוּל *lucta,* נִמְבְזֶה *contemptum,* (cum duabus literis Heemant. vel composit. ex Particip. Niph. & מ Heemant. *contemptibile.*) Fini (*præcedente* (ָ) *vel* (ִ) sæpiùs superadditur: ut, קָרְבָּן *oblatio, donum,* כִּבְשָׁן *fornax,* חֶסְרוֹן *defectus,* זִכָּרוֹן *memoria.* Et aliquando ון diminutionem notat: ut, שַׁבָּתוֹן *sabbathulum,* tempus illud quod de die profano ad sacrum additur.

(י) præpositum in Propriis frequens: ut, *Jeconia,* (qui Jer. 22. 24. per contemptum vocatur *Conia.*) Rariùs Appellativis: ut, יַלְקוּט *pera,* יַנְשׁוּף *vespertilio,* יִצְהָר *oleum,* יְקוּם *substantia,* &c. Postpositum format adjectiva: ut, נָכְרִי *alienus,* חָפְשִׁי *liber.* Item, Numeralia ordinalia, ut, שֵׁנִי *secundus,* שְׁלִישִׁי *tertius.* Item, Gentilia, ut, מִצְרִי *Ægyptius,* quæ ob insignem aliquam proprietatem, aliquando transeunt in appellativa: ut, Jon. 1. עִבְרִי *Hebræus ego.* LXX. Δοῦλος Κυρίου. Jer. 3. *Juxta vias sedisti* כַּעֲרָבִי *sicut Arabs.* Hier. *ut latro:* fuerat enim gens latrociniis dedita: Sic כְּנַעֲנִי *Cananæus* pro mercatore; כַּשְׂדִּי *Chaldæus* pro astrologo, *&c.*

R.24. *Prima Radicalis in Nominibus & Verbis perfectis accipit (:) quoties ei litera Heemanthica præfigitur: ut* מִשְׁפָּט judicium.

Excipies si fuerit dagesh in prima vel secunda litera radicali: ut, תִּפָּקֵד, הִפָּקֵד.

R.25. *Litera Heemanthica, primæ radicali præfixa, naturâ suâ poscit (:)*

Hoc enim est vinculum, per quod serviles radicalibus annectuntur. Sin a vox includat literam quiescent. י, aut geminatam, literæ Heemanth. amant vocalem longam, juxta Reg. 58. ut מָלוֹן (à לוּן) *diversorium*, מֵרוֹץ (à רוּץ) *cursus*, מָגֵן (à גָּנַן) *clypeus*, מֵסַב (à סָבַב) *circulus*.

CAP. VI.
De Nomine.

R.26. M*Asculinum exit in radicalem literam, vel in servilem quamcunque, præter* ה *&* ת.

*Exc.*1. Nomina fœmellarum, locorum, urbium, regionum, ventorum, (ut & ipsa nomina appellationis, מָקוֹם *locus*, עִיר *urbs*, רוּחַ *ventus*) & rerum naturâ vel arte geminarum, quæ etiamsi desinant in radicalem, sunt tamen fœminina; ut רָחֵל *ovis, Rachel*, בָּבֶל *Babylon*, צָפוֹן *Aquilo*, רֶגֶל *pes*, חֶרֶב *gladius anceps*. Alia ferè omnia sunt mascul. pauca communia. 2. Numeralia cardinalia à tribus ad decem, cùm desinunt in radical. sunt fœminina: ut, שָׁלשׁ *tres*. Et contrà, in servile ה vel ת, sunt masculina: ut שְׁלשָׁה & שְׁלשֶׁת.

Nota. Masculin. desinens in (י) Heemanthic. format de se fœmin. per ית. vel יָה. ut, מִצְרִי *Ægyptius*, מִצְרִית & מִצְרִיָּה *Ægyptia*.

R.27. *Fœmininum desinit in servile* ה *vel* ת.

Fitq; ut:

ָה	טוֹבָה bona, & *cum* א *loco* ה, חַגָּא commotio, שֵׁנָא somnus.
ָת	מְנָת pars.
ַת	אַחַת una, *pro* אֶחֶדֶת
ֶת	אֱמֶת veritas, *pro* אֱמֶנֶת
ֶת	תִּפְאֶרֶת decus.
ית	רֵאשִׁית principium.
ות	אָחוֹת soror.
ות	מַלְכוּת regnum.

Ad majorem emphasin cum utroque signo fœm. in ָתָה ut יְשׁוּעָתָה omnimoda salus. Non est in Deo עַוְלָתָה nè minima quidem iniquitas. Sic in Verbis נִפְלְאַתָה admodum mirabilis fuit: הֶחְבְּאַתָה probè & pulchrè occultavit.

Nota. Terminatio fœmin. ָה gestat accentum in ultima, ut: צְדָקָה *justitia*. Sicq; differt ab ה Paragog. vel Locali, (infrà Reg. 102.) quæ habent accent. in penultima. ut לַיְלָה *nox*, שְׁאֹלָה *in infernum*.

R 28. *Neutrum exprimitur per adjectivum absolutè positum: ut,* לֹא טוֹב *Non bonus*, i.e. non bonum hominem esse solum. Non in ore ejus נְכוֹנָה *recta*, i.e. rectum. אַחַת *Unam petii*, אוֹתָהּ *illam requiram*, i.e. unum, illud. Linguam loquentem גְּדוֹלוֹת *magnas*, i.e. magnalia.

R 29. *Comparativi particula est* יוֹתֵר magis & מִן præ: *Superlativi verò* מְאֹד *valdè*, & ב *in: ut*, Cui velit rex facere honorem magis à me, i.e. quàm mihi. In Novo Testamento, *Bonum est ingredi vitam claudum, quàm* &c. i.e. melius. Ità, *Magna gloria domûs posterioris* מִן *præ priori*, i.e. major. *Boni amores tui* מִיַּיִן *præ vino*, i.e.

i.e. meliores. Sic, Bonum valdè. Moses mitis valdè. Leo fortis in bestiis. *In N.T.* Benedicta in mulieribus.

Notæ. 1. מִ comparativum, potest etiam explicari adversativè: ut טוב *Bonum est se recipere ad Jehovam,* מִבְּטֹחַ *præ confidere in homine,* i.e. melius, non autem. Et in N.T. *Descendit iste justificatus, quàm ille*: ἤ pro οὐ, non autem ille.

2. Superlativum etiam exprimitur per Nomen Dei; ut, *Montes Dei,* i.e. altissimi. *Pavor Dei. Sopor* Domini, i.e. maximus. *Civitas magna* Deo. In N.T. *Moses venustus* Deo. *Arma militiæ nostræ potentia* Deo, i.e. admodum potentia. Item per Adjectivum continuè repetitum: ut, *Malum malum,* i.e. pessimum. *Profundum profundum. Ficus bonæ bonæ.* Item per Genitivum pluralem ejusdem vel diversi nominis, præsertim si adjunctam habeat qualitatem: ut, *Rex regum,* i.e. potentissimus. *Servus servorum,* i.e. abjectissimus. *Canticum canticorum,* i.e. excellentissimum. *Nam* Genitivus plural: reflexus super suum Nominativum, singularem importat excellentiam: *aiunt Colonienses in Hispanum.* Et sic *Vanitas vanitatum.* Et in N.T. *Cœli cœlorum.* i.e. altissimi. Jud. v. 18. *Secundùm desideria* sua ipsorum ambulantes *improbitatum.* Item per duo Synonyma: ut, *lutum cœni,* i.e. profundiss. *obscuritas tenebrarum,* id est, densissima: *iniquitas peccati,* i.e. maximè peccaminosa. *Pluvia imbris,* i.e. maxima. In Novo Testamento, *in felle amaritudinis, magnitudo potentiæ, robur virium, caligo tenebrarum.*

R.30 *Numerus est triplex: Singularis, ut,* כָּנָף ala. *Dualis,* כְּנָפַיִם duæ alæ. *Plural.* כְּנָפוֹת plures alæ.

Dualis (potissimùm adhibetur in rebus naturâ vel arte geminis, &) *exit in* יִם ut, יוֹמַיִם *biduum.*

Et si adsit ה fœmininum, mutatur in ת, ut, שָׁנָה *annus,* שְׁנָתַיִם *biennium.*

R.31 *Pluralis masculin. adjicit suo singulari* ים. *Quædam* ין. *more Chaldæorum, ut* יָמִין dies. *Pauca* י ex *forma constructa Syrorum: ut,* שָׂדַי agri. *Et sic* אֲדֹנָי Dominus.

Desinentia in (י) plerunque syncopant alterum: ut, כְּלִי *vas.* Plural. כֵּלִים.

R.32 *Pluralis fœminin. adjicit suo singulari* ות, *abjectis* ה *vel* ת *servilibus.*

At verò ית mutatur in יות. Et ות in יות ut, חָפְשִׁית *libertas.* Plur. חָפְשִׁיּוֹת Et מַלְכוּת *regnum.* Plur. מַלְכֻיּוֹת.

Et Nomina radicalia formæ { שַׂלְמָה חֶרְפָּה שִׂמְחָה } in plurali habent formam צְדָקוֹת, i.e. sub prima radicali (:) sub secunda (ָ) ut שִׂמְחָה *lætitia,* Plur. שְׂמָחוֹת

Anomalia Numeri. 1. Quædam sunt Dualia tantùm, vel Pluralia terminatione, & singularia intellectu: ut מַיִם *aqua,* פָּנִים *facies.* 2. Nomina metallorum & liquidorum carent plurali: Ætatum, singulari. 3. Multa mascul. in plur. exeunt in ות, ut אָבוֹת *patres.* Et fœmin. in ים. ut תְּאֵנִים ex תְּאֵנָה *ficus.* Quædam etiam utramque terminationem admittunt: ut, צְבָאִים & צְבָאוֹת *exercitus.* 4. Hæc sequentia, prorsus variant à suis singularibus: ut, אֱנוֹשׁ *homo* אֲנָשִׁים בַּיִת *domus* בָּתִּים בֵּן *filius* בָּנִים יוֹם *dies* יָמִים עִיר *urbs* עָרִים, רֹאשׁ *caput* רָאשִׁים תַּיִשׁ *hircus* תְּיָשִׁים, Sic fœmin. אָחוֹת *soror* אֲחָיוֹת בַּת *filia* בָּנוֹת עַיִן *fons* עֲיָנוֹת 5. Pluralis

lis ponitur de uno ex singularibus, quando Scriptura unum aliquod incertè indicat: ut, Sepultus est *in civitatibus* Gilead. Super pullum filium *asinarum*. Catulus *leænarum*. Et descendit Jonas *ad latera* navis. In Novo Testamento, *Latrones exprobrarunt ei*, apud Luc. *unus ex suspensis*.

R.33 *Casus certâ aliquâ præarticulatione distingui nequeunt. Interim tamen,*

ה est communis nota omnium casuum: ut, הָרְשָׁעִים *illi impii*, præcipuè tamen Genitivi & Vocat. אַשְׁרֵי הָאִישׁ *beatitudines illius viri.* הָאוֹיֵב *ô inimice*. Post verbum, Accusat. ut, הוֹשִׁיעַ הַמֶּלֶךְ *salva regem*.

ל est index interdum Genitivi (at apud Rabbin. vocula שֶׁל vide in Pronomin.) *sed sæpius Dativi*: ut, הוֹשַׁע נָא לְבֶן דָּוִד *Salutem affer nunc filio Davidis*. Unde etiam ὡσάννα τῷ υἱῷ Δαβὶδ, in in N.T. cum Dativo.

אֵת Accusativi; ut, *Creavit* אֵת הָאָרֶץ *terram*. *Miserebor* אֶת־אֲשֶׁר אָחֹן *quem* (cujus) *miserebor*. Sic Rom. 9 15. ἐλεήσω ὃν ἂν ἐλεῶ. At verò cum Verbis passivis Nominativum notat, éstque idem quod *ipsemet*; ut, *Non vocabitur* אֶת־שִׁמְךָ *ipsum nomen tuum*. *Replebitur majestate ejus* אֶת־כָּל־הָאָרֶץ *omnis terra*.

ב & מִן Ablativi: ut, בְּדָבָר *in verbo*, מִן דָּבָר *à verbo*. Et coalescentibus his dictionibus in unam, מִדָּבָר

Nota. In Appositione, utrique substantivo, isti articuli præfiguntur: ut, לַאדֹנִי לְעֵשָׂו Domino *meo Esau*: אֶת־עַמִּי אֶת־יִשְׂרָאֵל *populum meum Israel*. Hinc patet in hac phrasi: קָנִיתִי אִישׁ אֶת־יְהוָה *Acquisivi virum cum Jehova*, Gen. 4. 1. אֵת non esse notam Accusativi. Si n. notaret Accusativum dictum fuisset, קָנִיתִי אֶת־אִישׁ אֶת־יְהוָה *Acquisivi virum Jehovam*.

R.34 [*Cùm duo Nomina ita concurrunt, ut posterius per Genitivum vel Ablativum Latinis reddi debeat, tunc prius dicitur esse in Regimine.*]

Propter Regimen mutatur fœminorum ה. *in* ־ת *ut*, תּוֹרַת יְהוָה *Lex Jehovæ*, ex תּוֹרָה *Et Masculinorum* ים *ut & Dualium* ַיִם *contrahitur in* ־ֵי *ut* מֵי נַחַל *aquæ torrentis*, (ex מַיִם) *quod non rarò per reduplicationem facit* מֵימֵי.

Paucuiæ particulæ etiam formam Regiminis imitantur: ut, אַחֲלֵי *utinam*, אַחֲרֵי *post*, עֲלֵי *super*, עֲדֵי *usque*.

Notæ. 1. Forma Regiminis etiam adhibetur, sequente aliqua particula ut, מְקוֹם שֶׁנָּפַל שָׁם *in loco quo cecidit*, (ex מָקוֹם) כְּשִׂמְחַת בַּקָּצִיר *secundùm lætitiam in messe*. קִנְצֵי לְמִלִּין *fines sermonum*: נְבִיאֵי מִלִּבָּם *prophetæ ex corde suo*. Aut Pronomine אֲשֶׁר etiam subintellecto: ut, בִּמְקוֹם אֲשֶׁר *in loco quo*. קִרְיַת חָנָה *civitas* (in qua) *metatus est*. Aut Infinitivo vel Adverbio, tanquam nomine Genitivi casus: ut, בִּימֵי שְׁפוֹט *in diebus judicare*, i.e. judicii: דְּמֵי חִנָּם *sanguines immeritò*, i.e. innocentiæ.

2. Nomen regens (i.e. prius substantiv.) aliquando desideratur: ut, Deut. 20. 19. כִּי הָאָדָם עֵץ הַשָּׂדֶה *nam homo arbor agri*, i. e. חַיֵּי הָאָדָם *vita hominis*: *Vivit enim homo è fructu ejus*. Esth. 5. 1. Induit Esther מַלְכוּת *regnum*, Targ. לְבוּשֵׁי מַלְכוּתָא *vestes regni*. Dan. 9. חֲמוּדוֹת אַתָּה *desideria tu*, quod Dan. 11. expletur אִישׁ חֲמֻדוֹת *vir desideriorum tu es*. Venter meus est sicut vinum, *pro*, *uter vini*.

3. Substantivum rectum (i.e. posterius) frequentissimè ponitur Adjectivi loco, abstractum pro concreto: ut, *Vir linguæ*, id est, maledicus: *vir in-*

ingenii, vir cordis. Viri nominis, id eſt, famoſi : *viri numeri*, id eſt, pauci. *Panis hordeorum. Terra ſanctitatis. Inhabitantes domos luti. Homines vanitatis. Virga ferri.* In N.T. *In igne flammæ. Super ſermonibus gratiæ.*

R. 35 *Subſtantivum ſemper adjectivum præcedit: ut,* בֵּן חָכָם filius ſapiens. *Et ſic in numerali identico* אֶחָד unus : *ut* דְּבָרִים אֲחָדִים verba una, *id eſt*, eadem. *In reliquis verò numeralibus, nunc præcedit, nunc ſequitur: ut,* עָרִים שְׁלֹשׁ־עֶשְׂרֵה civitates tredecim. *Et* שְׁלֹשׁ־עֶשְׂרֵה עָרִים tredecim civitates. *Quòd ſi numerale ſit Duale vel Plurale, ſemper præcedit : ut,* duæ viæ, triginta filii.

Extra hunc caſum, ſi adjectivum præceſſerit, ellipſis verbi ſubſtantivi indigitatur : ut, *bona* (eſt) *ſapientia.* Quod idem in Pronominibus obſervandum : ut, *Iſtæ* (ſunt) *generationes. Hæc* (eſt) *illa requies.*

Nota. Subſtantivum cum adjectivo plerunque convenit genere & numero. At 1. Numeralia pluralia cum ſingularibus, contráque ſingularia cum pluralibus, collocantur : ut, עֶשְׂרִים שָׁנָה *viginti annus :* מֵאָה פְּעָמִים *centum vicibus.*

2. Hæc tria, בְּעָלִים, אֲדֹנִים, אֱלֹהִים, honoris vel myſterii cauſâ, junguntur ſingularibus ; ut, *Dii ſancti ipſe. Conjuges tui, factores tui, Jehova. Abraham Domini ejus. Concludam Ægyptum in manum Dominorum duri,* Jeſ. 19. 4. (ubi R. Sal. Omne vocabulum אֲדֹנוּת *dominii*, effertur numero plurali, etiam de unico.) *E contra,* Collectiva ſæpè junguntur pluralibus; nam in ſing. num. pluralitatem comprehendunt : ut, עָם הַהֹלְכִים *populus ambulantes,* Jeſ. 9. 1.

3. Cum plurale jungitur ſingulari, plerunque diſtributio notatur : *ut,* Rectum judicia tua : *i.e. unumquodque.* Maledicentes tibi maledictus, *i.e. quilibet maledicentum.* Et ſic etiam in Pronominibus: *ut,* Enarrabo laudem tuas, *i.e. omnes & ſingulas.* Idem fit ſi repetatur ſubſtantivum : *ut,* Erant facientes gens, gens, Deos ſuos, *i. e. quæque gens.* Vir, vir, *i.e. unuſquiſque.* Duo, duo, ingreſſa ſunt, *i.e. bina.* Quòd ſi ו interveniat, notatur diverſitas : *ut,* לֵב וָלֵב Corde & corde loquuntur, *i. e. diverſo corde.* Lapis & lapis, Epha & Epha, *i.e. diverſa pondera, diverſaque menſura.*

CAP. VII.
De Pronomine.

R. 36 *Pronomina Declinabilia, ſunt tria. Prima perſona,* gen. Commun.

	Singular.		Plural.	
No.	אָנֹכִי, אֲנִי	Ego	אֲנַחְנוּ, נַחְנוּ	Nos
Ge.	שֶׁלִּי	mei	שֶׁלָּנוּ	noſtri
Da.	לִי	mihi	לָנוּ	nobis
Ac.	אוֹתִי	me	אוֹתָנוּ	nos
Ab.	מִמֶּנִּי, מֶנִּי	à me.	מִמֶּנּוּ, מֶנּוּ	à nobis.

Secundæ perſona.

	Maſculinum.		Fœmininum.	
No.	אַתָּה	Tu	אַתְּ	Bis pro maſc. אַתָּה ponitur fœm. אַתְּ in ſignum animi perturbati. Num. 11. 15. Deut. 5. 27.
Ge.	שֶׁלְּךָ	tui	שֶׁלָּךְ	
Da.	לְךָ	tibi	לָךְ	
Ac.	אוֹתְךָ	te	אוֹתָךְ	
Ab.	מִמְּךָ	à te.	מִמֵּךְ	

Pluraliter.

No.	אַתֶּם	Vos	אַתֵּנָה, אַתֵּן
Ge.	שֶׁלָּכֶם	veſtrum	שֶׁלָּכֶן
Da.	לָכֶם	vobis	לָכֶן
Ac.	אֶתְכֶם	vos	אֶתְכֶן
Ab.	מִכֶּם	à vobis.	מִכֶּן

Tertiæ

Tertia persona, Remotioris, scil:

N.	הוּא	Ille		הִיא	Illa
G.	שֶׁלּוֹ	illius		שֶׁלָּהּ	illius
D.	לוֹ	illi		לָהּ	illi
Ac.	אוֹתוֹ	illum		אוֹתָהּ	illam
Ab.	מִמֶּנּוּ	ab illo.		מִמֶּנָּה	ab illa.

Pluraliter.

N.	הֵמָּה, הֵם	Illi	הֵנָּה, הֵן	Illæ
G.	שֶׁלָּהֶם	illorum	שֶׁלָּהֶן	illarum
D.	לָמוֹ, לָהֶם	illis	לָהֶן	illis
Ac	אֶתְהֶם, אוֹתָם	illos	אֶתְהֶן, אוֹתָן	illas
Ab.	מֵהֶם	ab illis	מֵהֶן	ab illis.

It. tertiæ perſ. *Propinquioris*, & magis demonſtrans: ut, Maſc. זֶה *iſte*, & ſemel זֹה Ezek. 47. 13. Plur. אֵל & אֵלֶּה *iſti*.

Fœm. זֹה, זוּ & זֹאת *iſta*, caret plurali.

Commun. זוּ, *hic*, *hæc*, utroque genere & numero.

Reperitur etiam לֵז *iſte*, *iſta*, ſed ſemper cum ה præfixo, הַלָּז. Et הַלָּזֶה *ille*, q. ex לָז & זֶה. Itémque הַלֵּזוּ *hæc*, *ipſa*, q. ex לָז & זוּ.

Nota. 1. Pronomina perſonalia, ſæpiſſimè loco verbi ſubſtantivi ponuntur: ut, *Nudus ego*, ſcil. ſum. *Pulvis tu. Nudi illi.*

2. Pronomina perſonalia, eorúmque affixa, aliquando reſpiciunt rem vel perſonam remotiorem, non propinquiorem: ut, *Et Reſen inter Nineve & Celach:* הִיא *illa eſt urbs illa magna*, Gen. 10. 12. ubi הִיא refertur ad remotius *Nineve*, non ad propinquius *Celach*. *Moſes & Aharon in ſacerdotibus ejus, & Schemuel, &c. in columna nubis loquebatur ad eos*, Pſal 99. 6, 7. non ad Schemuelem, ſed ad Moſen & Aharon. In N.T. *Diabolus mendax eſt*, *& pater ejus*, ſcil. mendacii. Sic Heb. 9. 34. *Poſt ſecundum autem velum*, σκηνὴ *tabernaculum*, *aureum habens thuribulum*, καὶ τὴν κιβωτὸν *& arcam*, ἐν ᾗ *in qua urna aurea*, *&c. Ubi* ἐν ᾗ *non refertur ad arcam*, ſed ad remotius σκηνὴ. *Nihil* enim erat *in arca*, *tantummodò duæ tabulæ lapideæ*, 1 *Reg.* 8. 9.

R. 37. *Pronomina Indeclinabilia ſunt duo:*

1. *Relativum* אֲשֶׁר *Qui*, *quæ*, *quod*. Et quando obliquo caſu effertur, ferè perpetuò poſt ſe pleonaſmum affixi trahit: ut, *tanquam gluma*, אֲשֶׁר תִּדְּפֶנּוּ *quam diſpellet eam ventus*. *Beatus*, *cujus Deus in auxilio ejus*. *Quo in eo anima vivens*. In N.T. *cujus vibice ejus ſanati ſumus*.

Porrò אֲשֶׁר aliquando omittitur: ut, *Populus* (quem) *non novi*. *In via* (quam) *eliget &c.* Aliquando & ipſum antecedens: ut, *Bibe de* (aqua) *quam hauſerunt*. *Et præcepit* (ei) *qui ſuper domum*.

2. *Interrogativum* { *Perſonæ*, מִי Quis? / *Rei*, מָה, מֶה Quid. } Et aliquando ingreditur compoſitionem, ut מָהֵם *quid iſti*, מַזֶּה *quid hoc*, מַלָּכֶם *quid vobis*. Legitur & מָן, Exod. 16. 15. unde *Manna*.

Nota. מִי & מָה ſequente Relativo, fit & ipſum relativum: ut, מִי אֲשֶׁר לָמַד *Is qui didicit*. מַה שֶּׁהָיָה *Id quod fuit*.

CAP. IX.
De Verbo.

R. 38. UNicum *Præteritum*, *omnes ſpecies Præteritorum comprehendit*: ut, פָּקַד *viſitabat*, *viſitavit*, *viſitaverat*, *viſitaviſſet*, *&c.* Apud Prophetas autem creberrimè pro Futuro uſur-

usurpatur, quo res certè futura significetur, perinde ac si jam evenisset: ut, *Puer* יֻלַּד *natus est nobis*, pro nascetur.

R.39. *Post primam vocem Imperativi, literæ afformantes sunt* י,ו,נָה, Sicque terminationes istæ י ו ה. in Præteritis & Imperativis, punctum à se proximum (extra Hiphil) mutant in (:) ut, פִּקְדוּ, פִּקְדִי, פְּקֹדָה

Nota. Imperativi usus est in deprecationibus & petitionibus: ut, *Miserere mei. Exaudi me.* Item in promissionibus; ut, *Custodi præcepta mea, & vive*, i. e vives. Sic & in comminationibus, *Eccl.* 11. 9. *Lætare juvenis*, est sermo comminatorius: R.D i.e. lætare & videbis quid eveniet in novissimo tuo. Item in præceptis affirmativis, ut, *Audi Israel. Honora patrem.* In negativis verò usurpatur Futurum, eò quòd vim suam in omne tempus exerat: ut, *Non occides*, i. e. ne occidito.

R.40. *Futurum formatur ab Imperativo per præformantes* אתינ, *retinétque terminationem Imperativi:*

א notat primam pers. sing. commun gener.

ת secundam m. in utroque genere & numero; nec non tertiam fœm. in utroque numero.

(י) tertiam masc. in utroque num.

נ primam plur. com. gen.

Nota. Futurum adhiberi solet ad notandum varios actus. 1. *Continuum*; ut, Et in lege ejus *meditabitur* die ac nocte. 2. *Solitum*; ut, Cras sunt Calendæ, quibus *sedebo* cum Rege. 3. *Possibilem*; ut, *Numerabo* omnia ossa mea. 4. *Licitum*; ut, Vindex ipse, *occidet* occisorem illum. Post mortem sacerdotis *revertetur* occisor, i.e. jure poterit. 5. *Debitum*; ut, Filius *honorabit* patrem. Labia sacerdotis *custodient* scientiam. *Non erit* mendicus. *Non erit* scortum in Israel, i.e. curabis ut non sit. *Sancti eritis*, quia ego sanctus sum. 6. Usurpatur etiam *pro Optativo*: ut, *Osculabitur me. Transibo per terram tuam*: sic, *Quis dabit*, i.e. utinam quis det &c.

R.41. *Infinitivi cum Imperativis coincidunt, & cum literis* בְּכְלָם (quæ in Verbis, solis Infinit. ministrant) *constituunt Gerundia*; ac usitatissimè efficiunt circumlocutionem Conjunctivi: ut, בִּפְקוֹד *in visitando*, i.e. *cùm visitaret*, vel postquam visitavisset. כִּפְקוֹד *secundùm visitare*, i.e. postquam visitavit; לִפְקוֹד *ad visitandum* i.e. quando visitavit, vel ut visitaret. At cum מ negationem includit: ut, מִפְּקוֹד *à visitando* i.e. ne visitem, vel visitet. *Spreverunt me* מְלֹךְ *à regnando*, i.e. ne regnem. *Obscurabuntur oculi eorum* מֵרְאוֹת, τοῦ μὴ βλέπειν, Rom. 11. 10. i.e, nè videant.

Notæ. 1. Infinitivus sæpè jungitur Verbo finito suæ significationis. *Et si Infinitivus præcesserit, notatur vehementia, certitudo rei, quandoque etiam celeritas*: ut, *Castigando castigavit me*, i.e vehementer. Luc. 22. *Desiderando desideravi. Faciendo faciam tibi misericordiam*, i.e. certò. *Videndo vidi*, quod Act. 7, 34. redditur *Vidi vidi. Veniendo veni.* i.e. celeriter. Et additâ negatione vehementiùs negat: ut, *Non redimendo redimet. Non moriendo moriemini*, i.e. nequaquam. *Eripiendo non eripuisti*, i.e. nè minimam quidem partem liberationis præstitisti. *Erubescendo non erubescent*, i.e. nequaquam erubescent. *Sin autem Infinit. sequatur, continuatio & frequentatio indigitatur*: ut, *flere flendo, audite audiendo. Ivit eundo*, i.e. indefinenter.

Et

Et ſic Verbum finitum, ſi quantitatem vel qualitatem adſignificet, adverbiaſcit: ut, *Magnificavit facere*, i.e. magnificè fecit. *Benefacite pulſare*, i.e. optimè pulſate. *Benefeciſti videre*, i. e. bene vides. Idem accidit verbo יָסַף; ut, *Et addidit mittere*, i.e. iterum miſit.

2. Finitum alteri Verbo finito ſine copula junctum, adverbiaſcit; ut, *Ne multiplicetis loquamini*; i.e. nè multùm. *Proſpera equita*, i.e. proſperè. *Multiplica lava. Profundaverunt corruperunt*, i e. profundè.

R.42. *Participia non modò actum, ſed & habitum notant: ut*, שׁוֹמֵר *cuſtodiens*, qui actu cuſtodit, & *cuſtos*, qui officium vel conſuetudinem habet cuſtodiendi. Sícque ſi poſt Participium ſequatur articulus אֵת denotat actum tantùm: ut, *Sic dicit Jehova* עַל־הָרוֹעִים הָרֹעִים אֶת־עַמִּי *ad paſtores paſcentes* (qui paſcunt) *populum meum.*

Sumitur Participium, 1. *Pro tempore præſenti*; idquè ſemper cum Pronominibus: ut, *Viſitans ego*, i.e. viſito. 2. *Pro Paulo-poſt-futuro*: ut, Primogenitum Pharaonis *ſedentem ſuper ſolium*, i.e. paulò poſt ſeſſurum, *Invenit navem euntem*, i.e. mox ituram. *Ego pluens*, vel *Ego pluo*, i.e. brevì pluam. Sic in N. T. *Vado ad Patrem meum. Quò ego vado &c.*

R.43. *Tertia perſona Præteriti* KAL, *ipſum thema exhibet, habens ſub prima radicali* (ָ) *ſub ſecunda* (ַ) *vel* (ֵ) *rariſſimè appoſitum* ו: *ut*, פָּקַד viſitavit, זָקֵן ſenuit, קָטֹן parvus fuit.

At verò ſi ultima fuerit א vel ה, tum eſt geminum (ָ) ut מָצָא *invenit*, גָּלָה *revelavit*.

Notæ. 1. Hæc prima conjug. Activa dicitur קַל i.e. *levis*, tum *ſcriptione*, caret enim ſigno characteriſtico, (ut reliquæ;) tum *ſignificatione*, quæ ſimplex eſt, & continet verba Activa & Neutra.

2. *Tertia perſona utriuſque numeri, ſi ponatur* abſolutè, (i. e. ſine Nominativo) *imperſonaliter uſurpatur*: ut, *Et Adamo* לֹא מָצָא *non inveniebat auxilium*, i. e. non inveniebatur. *Idcirco* קָרָא *vocavit puteum illum Beer-lachai-roi*, i. e. vocatur. *Maledicta ſit nox illa, in quâ* אָמַר *dixit*, i.e. dictum eſt. Sic & in Futuris: *Sumet de vobis parabolam. Et vocabit nomen ejus admirabilis, &c*, *Et hoc nomen ejus quo vocabit ei, Jehova juſtitia noſtra*, i.e. quo vocabitur. Sic in N.T. *Hac nocte repetent animam à te.*

R.44. *Ejus Paſſiva* (à forma) *dicitur* NIPHAL; *habétque characterem Præteriti & Participii* נ; *Imperativi & Infinit.* ה, *cum* (·) *ſequente dageſh.*

Terminatio Præteriti (juxta tres formas Præteriti Kal) fit in (ַ), (ֵ) vel ו rariùs Participii in (ָ). Reliquorum temporum in (ֵ)

Infinitivus etiam aliquando exit in ו: ut, הִנָּתוֹן *tradere*; & præterea aſſumit charact. Præteriti נ, ut נִלְחוֹם *pugnare*, נִכְסֹף *deſiderare*, נִשְׁאֹל *poſtulare.*

Nota 1. Connotat hæc conjugatio paſſionem à ſe vel ab alio illatam: ut, *Spiritus* נִשְׁבָּרָה *fractus*, (per ſe) *Cor confractum*, (à ſe) *Comeſtus eſt*, (ab alio) *Amaſa* לֹא נִשְׁמַר *non cuſtoditus eſt*, i.e. non cavit ſibi. 2. Continent Verba quæ carent parente: (i.e. *quorum ſignificatio in Kal non eſt in uſu*) ut, נִלְחַם *pugnavit*, נִשְׁבַּע *juravit*, (namque *pugnare* aut *jurare*, nemo niſi coactus debet.) Sic נִבָּא

(passivè) *prophetavit*, pro נִבָּא

R.45. *Secunda Conjugatio characterem habet dagesh forte secundæ radicali impressum.*

129. *Commune officium omnium Accentuum est acuere syllabam* ; *& hujus respectu Tonici* παρὰ τοῦ τείνειν *à tendendo* (metaphora à fidibus desumpta) *dicuntur*. Vulgò numerantur 30, qui reduci possunt ad 27. Nulláque vox est in Bibliis, quæ Accentu Tonico careat, nisi sit cum Maccaph stipata. Horum alii supra, alii infra literas, diversis figuris signati, ordini vocum inseruntur ; quam diversitatem modulatio quædam Musica peperisse creditur. Hic sequitur

---

TABULA OMNIUM
Accentuum Hebræorum.

Accentus Hebr. constant, vel ex solis Punctis, vel ex Lineis, vel ex Circulis,

Qui ex solis Punctis constant semper supra literæ medium collocantur.

Punct.
- Unum, Rex *Rebia*, בֹּ i. e. *incubans.*
- Duo, Rex *Zakeph katon*, בֹּ *erector parvus*, à figura, punctis erectis.
- Tria, Rex *Segolta*, בֹּ inversum (∴)

Lineæ sunt vel Rectæ, vel Obliquæ, vel Transversæ.

Recta est vel sola, vel cum punctulis.

Sola vel
- inter duas voces, ב׀ ב *Pesik*, *pausula* musica, cantum terminans.
- sub dictione
  - *Metheg* בָֽ *retinaculum*, accent Euphon. ad initium dict.
  - Rex *Silluk* : בָֽ *finis*, ponitur ante (:) *Soph-pasuk*, i. e. finem versus.

Cum punctulis
- 114. duobus, supra literam, Rex *Zakeph gadhol*, בֹּ *erector magnus*, vocem intendit.
- unico infra literam, Princeps *Tebhir*, בֹּ *fractus* sc. sonus, à figura & musica.

Lineæ Obliquæ, propendent vel supernè vel infernè.

Supernè versus
- dextrã
  - 115. Princeps *Pashta*, בֹּ *extensio*, vocem extendit, collocatúrque suprà ultimam literam dictionis.
  - Servus *Kadma*, בֹּ *antecedens* scil. Principem Geresh ; ponitúrque suprà penult. vel antepenult. literam.
- sinistram
  - Princeps *Geresh*, בֹּ *expulsio*, impulsâ voce canitur.
  - 116. *Gereshajim* בֹּ *duo expulsores*, à figura geminatâ.

117. Infernè

Infernè versùs dextram, Princ. *Tiphcha,* ב֖ *fatigatio*, à cantu.

Infernè versùs sinistrâ ministri: *Merca* ב֥ *productio*, cantum prolongat. *Merca kephula* ב֦ *duplex productio*, à musica & figura.

Linea Transversa, est vel Recta, vel Circumfluens.

Recta inter duas dictiones ב־ב *Maccaph*, i.e. *nexus*, subunio, accentus Euphonic. dictiones uniens.

Circumfluens, Princeps *Zarka*, ב֮ *sparsor*, nomine accommodato figuræ & modulationi.

Circuli sunt vel Integri, vel Dimidii.

Integer Circulus, semper est supernus, habétque obliquè appositam, lineolam

Vel: Sinistrorsum, Princ. *Telisha major*, ב֠ *evulsio magna*, caput dictionis occupat.
Dextrorsum, Servus *Telisha parva*, ב֩ calcem dictionis occupat.
Utroque modo, Princ. *Karne para*, ב֟ *cornua vaccæ*, quæ effingit figurâ & cantu.

Semicirculus est vel solus, vel cum aliis apicibus.

Solus est vel angulatus, vel reflexus.

Angulatus ad dextrâ: Minister *Hillui*, ב֬ *elevatum* sc. cornu, à cantu. *Munach* ב֣ *depositum* sc. cornu, ministrorum officiosissimus.

Angulatus ad sinistram: Princ. *Jethibh*, ב֚ *reducens* sc. cornu, à figura. Servus *Mahpach* ב֤ inversum sc. cornu.

Reflexus est vel: Unicus, Minister *Darga* ב֧ *gradus*. Geminus, Princ. *Shalsheleth*, ב֓ *catena*, à figura & modulatione.

Cum aliis apicibus, est vel supra vel infra literam.

Supra literam, est cum lineola in sinistra, Princ. *Paser* ב֡ *dispersor*, sparsâ voce canitur.

Infra literam, est cum apice, tendens

Vel: deorsum, Rex *Athnach* ב֑ *respiratio*, qui cum membra distinguat, necesse est in eo respirare.
sursum, Minist. *Jerah-ben-jomo* ב֪ *luna diei suæ*, à figura.

Consectar. 1. Syllaba quæ accentuatur plerunque acuitur. 2. Idem Accentus si geminetur, prior tantùm acuit. 3. Diversorum Accentuum, prior euphoniæ servit, posterior acuit.

130. *Peculiare habent isti sequentes sex, quòd non tantùm vocem acuant, verùm etiam sententiam distinguant: & hujus respectu* Reges *&* Pausæ *vocantur.* 1. *Sylluk* periodum terminat. 2. *Athnach* constituit colon, ponitúrque in medio sententiæ. Aliquando etiam in notam interrogationis transit, ut 2 Reg. 1. 6 &c. 3. *Rebhiangh*, constituit comma. 4. *Segolta*, ut plurimùm facit semicolon. 5. *Zakeph-katon*, constituit comma, vel semicolon. 6. *Zakeph-gadhol*, est pauperrimus *Regum*, nam aliquando nihil distinguit. His addi possunt principes *Tiphcha* & *Sarka* qui aliquando constituunt comma.

Nota. Nominativus absolutè positus (præsertim si sit cum aliquo Accentu Regio) ellipsin integri membri

sententiæ inducit, quæ commodè potest suppleri per *quod attinet*; ut, *Deus, integra via ejus*, h.e. quod Deum attinet. *Ego*, i.e. quod me attinet, &c. In N.T. Marc. 9.23. Luc. 21.6. Act. 7.40. Apoc. 2.26. &c. Et talem Nominativum, *Angli* commodè exprimunt per **And as for.**

131. *Accentus distinctivi, faciunt syllabam brevem, longam.* Ideóque producunt

(-) { *pen. sequent. alio* (-) *vel* (.) / *ultimum in* { *themate,* / *affixo* ְי } } in (ָ)

(ֵ) *penultimum vocis Milhel,*

132. *Pausæ incidentes in terminationes verbales* ה ו י. *aut affixum* ךָ *rejiciuntur ad penultimam, atque sic producunt* (:) *Verbi in* (ָ) (ֵ) *vel* ו, ut, יִפְקֹדוּ, יֹאבֵדוּ, פָּקָדוּ. *Et convertunt* (:) *Affixi* ךָ *in* (ֶ) ut, יֶדְךָ.

Idem fit ante י. in formis טְדִי, פְּרִי, אֱהִי & עֱנִי ubi ob pausam (:) (-) & (ֱ) convertuntur in (ֶ). At (ֲ) in ו. Excipies חֲצִי ex אֲנִי, חֶצִי ex אֲנִי

In his verò אִתָּךְ עִמָּךְ לָךְ בָּךְ punꝟcta transponuntur, fitque in pausa לָךְ בָּךְ &c.

Nota. In libris Metricis, *Tiphcha* aliquando etiam obtinet vim pausarum, in productione syllabarum: ut, Psal. 3.6. & 4.9. &c.

133. *Methegh* (ׄ) *syllabæ priori frænum injicit, ne nimis præceps ad Accentum tonicum ruat.* Et plerunque *firmat vocalem* longam ante (:) mobile: ut, פָּֽקְדָה, aut etiam brevem, ante (:) compositum: ut, וַֽאֲנִי Aliquando *supplet defectum* literæ aut dagesh: ut, יְשֵׁנוּ pro יִישְׁנוּ *dormient*, וַֽיְהִי pro וַיְּהִי

Notæ. 1. *Methegh* non semper ponitur, sed ex communi vocum flexione subintelligitur. 2. Quotiescunque in eadem voce occurrunt duo diversi accentus, prior *Methegh* est, (vel supplet vicem ׅ *Meth.*) posterior verò Tonicus.

134. *Maccaph — lectionis cursum urget, ideóque vocem quam sequitur Accentu Tonico privat, ac ante ultimam mobilem corripit* (ֵ) *in* (ֶ) [rarissimè in (.)] *&* ו *in* (ֹ) ut, כָּל־ בֶּן־ אֶל־ Præcipuè voces monosyllabas afficit, quas sequi solet ה Emphat. nisi sint sub exceptione R. 76.

Nota. 1. *Maccaph* ut arctiori nexu voces uniat, post הָ הַ vel הֶ dictioni sequenti dagesh dictum דְּחִיק (*arctator*) imprimere solet: ut, מַה־טּוֹב

2. Aliquando *Maccaph* abest, & tunc post vocem penacutam, desinentem in הָ הְ תָּ ךָ vel הָ dagesh dicitur אָתֵה מֵרָחִיק (*veniens è longinquo:*) ut, עָשָׂה לָּךְ

Appendix 1. *De Aramæismis*, i.e. Chaldaismis & Syriacismis.

135. A*Pud Aramæos, tertia persona singular. fœm. Præteritor. desinit in* ַת Et sic aliquando apud Hebr. ut, אָזְלַת *abiit.* הִלְאַת *fatigavit, &c.* Sin autem tertia Radical. fuerit gutturalis, exit in ַחַת Et sic נִשְׁכַּחַת *oblivioni tradita fuit, &c.*

136. *Aramæi, Hebræorum* ה *characteristicum Hiph. & Hithpah. mutant in* א: Et sic אַבְרֵךְ *genua flectere.* אֶתְחַבַּר *consociavit se*, &c. At וְהֶאֱזְנִיחוּ *& removebuntur flumina*, Esa. 19.6. est cum duplici signo conjugation. Hiph. א Chald. ה Hebr.

137. *In Hiphil, character temporis & Conjugationis sæpè simul apud Chaldæos manent:* Et sic יְהוֹשִׁיעַ *salvabit.* יְהֵילִיל & יְיֵלִיל *ululabit.* יְיֵטִיב *benefaciet.*

faciet. יְוַדַּע *notum faciet*, in quibus ה transit in (ִ) Semel in Hoph. מְהֻקְצָעוֹת *angulata*, Ezech.46.22.

138. *Radicale* א, *apud Chaldaeos in Kal occultatur in* (..) Et sic אֵהַב *diligam.* אֵזַל *abibo.* תֵּחַד *adunabis.* וַיֵּתֵא & *venit*, &c. Quod imitatur Partic. Hiph. מֵזִין *audiens.*

In Hiphil mutatur in ו: Et sic אוֹסִיפְךָ *tollam te*, אוֹבִידָךְ *perdam*, &c.

139. *Apud Chald. tertia radic.* ה *mutatur in* ׳., *post quod movetur* ו Semel apud Hebr. הִמְסִיו *liquefecerunt*, pro הִמְסוּ Jos. 14. 8.

140. *Dagesh forte apud Chaldaeos resolvitur in* נ *shevatum*: Et sic semel קִנְצֵי *fines sermonum* pro קִצֵּי Job 18.2.

141. *Syrorum* א (:) *praecedaneum excludit, suámque vocalem literae praecedenti substernit.* Quod etiam obvium est apud Hebr. ut, כַּאבִיר pro כְּאַבִּיר *ut potens*, &c. Et tale א saepè excidit, ut מַלְּפֵנִי pro מְאַלְּ *docens me*, וַתְּזְרֵנִי pro תְּאַזְּ & *cinxit me*, &c.

142. *Syri sub* א *pro* (:) *assumunt* (..) Et sic אֵפוּ pro אֱ *coquite* אֵתָיו & הֵתָיו *venite.*

143. *Syrorum* (ִ) *habens sub se* (.) *transfert illud ad praecedentem literam shevatam.* Et sic וִילְלַת pro וִילְלַת & *ejulatus*, כִּיתְרוֹן *ut utilitas*, בִּיקְרוֹתֶיךָ *in honoribus tuis.*

144. *Quaedam geminantia secundam, more Syrorum, alteram mutant in* א, ut, בָּזְאוּ *diripiunt*, יִמְּאֲסוּ *liquefient*, &c.

145. *Duo haec* הֵוְצֵא edue, Gen. 8. 16. & הַוְשַׁר complana, Ps. 5.8. *ex Syriacismo mutant primam* (ִ) *in* ו *mobile.*

146. *Denique ex forma Chaldaeo-Syra, Affixum masc.* ךְ, *ponitur pro* ךָ, ut, קְרָאָךְ *vocavit te.* *Pro foeminino* ךְ.. *ponitur* כִי, ut, תִּזְכְּרֵכִי *recordabitur tui*, &c. Et *semel* pro יו, est יְהִי, ut, תַּגְמוּלוֹהִי *beneficia ejus*, Ps. 116. pro תַּגְמוּלָיו

Appendix 2. De Investigatione Thematis.

147. UT *Radicem in unaquaque voce habere possis, primùm omnium divisionem literarum in XI. semper* Radicales, & XI. *aliquando* Serviles, *diligenter notabis*:

Radical. גד זחט סעפצקר

Servil. אב הו יכלמנ שת

Radicalium hoc est μνημόσυνον טַח גֵּזַע סֵפֶ רצֶדְק súntque semper de essentia thematis. Serviles tribus Nominibus propriis comprehenduntur אֵיתָן מֹשֶׁה וְכָלֵב

Nota. Nolo putes, Serviles ubicunque occurrunt semper esse tales, sed *tum sunt Serviles*, cum in designandis accidentibus partium orationis, aliquod ministerium subeunt, constituentes Genera, Casus, Numeros, Tempora, Personas. Vel loco Affixorum, Praepositionum, Conjunctionum, & Adverbiorum adhibentur: aut etiam per Paragogen & Epenthesin redundant. Aliâs semper sunt Radicales. Itaque in investigando themate primùm inspicienda est syllaba finalis, per quam ut plurimùm cognoscitur, cujus partis orationis, aut status; generis, numeri aut personae, &c. vox sit; haec enim ex Servilibus literis constituuntur.

148. *Literae Serviles, sunt vel in Calce vocis, vel à Fronte.*

In calce sunt vel
- *Formativæ*
  - *Speciei*, per quas cognoscitur num vox sit Primitiva vel Derivativa. Vocis a. Derivativæ indicium, sunt literæ הָאֶמַנְתִּי & syllaba יוֹן
  - *Generis* fœm. הָ ,תְ ,תָ vel תָה ,יֹת ,וּת ,יִת
  - *Numeri*
    - Pl.
      - fœm. וֹת
      - mas. ים.
    - Dualis, ַיִם
  - In Regim. ֵי
  - *Personarum*
    - Præt. תָּ ,הָ ,תְּ ,וּ ,תִּי ,תֶּן ,תֶּם ,נוּ
    - Fut. & Imper. יוּנָה
- *Significativæ*, sunt Affixa.
- *Paragogicæ*, sunt *Ehevinoth*.

A fronte sunt vel
- *Formativæ* in
  - *Nominibus* literæ *Heemanth*.
  - Verbis sunt augmenta
    - *Conjugationum*,
      - נ in Niph.
      - ה in Hiph. & Hop. It. in Imper. et Infin. Niph. הִתְ in Hithpah.
    - *Futurorum*, אתין, in Hithp. יִתְ ,תִּתְ ,אֶתְ ,נִתְ
    - *Infinitivorum*, בְּכָלָם
    - *Participiorum*, מ, in Hithp. מִתְ
- *Significativæ*, sunt Præfixa, *Mosche vecaleb*.

Præterea notandum; quòd nulla dictio habeat primam radicalem ו (excepto וָו *uncus*.) Et nulla ultimam ו vel י, sed mutandum est in ה

Insuper, הָ & הֶ finale, est radicale. Exceptis paucis, ut יְדַשְּׁנֶה *in cinerem rediget*, ubi הֶ parag. Et וְלִנָה *& pernoctavit*, ubi הָ fœmin. à לוּן &c.

149. *Abjectis hoc modo à fronte vel à tergo Servilibus* (tam in Nominib. quàm in Verbis) *literæ residuæ pertinent ad Radicem*; ubi tamen vocales (ִי) ו vel ו in medio vocis non sunt in censu.

150. *Si igitur tres Radicales remanserint, radix erit perfecta*; *scil. quæ literarum numerum ternarium non excedit. Sin plures, erit redundans, sive quadrilitera.*

151. *Si duæ tantùm remanserint, & dagesh fuerit in prima post Heemanthic. arguit defectum primæ radicalis* נ Rariùs (ו) vel ל, vide Reg. 69.

At tria hæc נָשָׂא נָסַע & לָקַח ob frequentem eorum usum, frequenter veniunt in plurali numero absque dagesh, ut, יִקְחוּ *accipient*, יִשְׂאוּ *ferent*, יִסְעוּ *proficiscentur*.

152. *Si dagesh fuerit in secunda, notat defectum ejusdem literæ geminatæ.*

Excipies חִטָּה *triticum*, ex חָנַט אַפִּי *ira mea*, ex אָנַף בִּתִּי *filia mea*, pro בִּנְתִּי ex בָּנָה תִּתִּי *dare me*, pro תִּנְתִּי ex נָתַן, & שְׁתַּיִם *duæ*, pro שְׁנָתַיִם ex שָׁנָה

Quòd si dagesh fuerit characteristicum, tertia ה deficit, ut, גַּלּוּ *revelate*, in Pih. pro גַּלְּהוּ

153. *Neutra si fuerit dageshata*, ut plurimùm *postponendum est* ה

Dico *ut plurimùm*, nam etiam eo casu potest,

Vel *Præponi* (ו) aut נ, ut, שֵׁב *sede*, à יָשַׁב גַּשׁ *accede*, à נָגַשׁ Rarius א, ut, תֹּאבֶה *velis*, ab אָבָה, תּוֹסִף *addes*, ab אָסַף תֵּזְלִי *digredieris*, ab אָזַל Semel ל, ut, קַח *accipe*, à לָקַח

Vel *Interponi* ו aut (ו) ut קָם *surrexit*, à קוּם, עָרִים *urbes*, à עִיר

Vel *Duplicari* ultima, ut, סַב *circumdedit*, à סָבַב

Vel *Postponi* א, sed rarissimè, ut,

ut מָלוּ *impleverunt*, à מָלֵא

Vbi nota. Si Literæ אתינ habuerint (..) deeſt prima radicalis (י) Exc. אָהַב אֱבשׁ אֵזוּל אֵהֵב ab אָהַב *voluit*, אֵזֵל *abiit*, בּוֹשׁ *erubuit*. Quòd ſi habuerint (·) interponendum eſt ו, aut geminanda ultima.

154. *Formativæ Præterit.* תִּי, תָּ, תְּ, תֶּם, נוּ, תֶּן *ſi habuerint dageſh forte, innuunt defectum tertiæ radicalis* נ *vel* ת, Vide Reg. 73.

155. *Si poſt literam* Heemanthi, *ſequatur* י *vel* ו, *plerunque vertendum erit in* י

156. *Monoſyllaba cum vocali longa, aut* (ֵ) ut plurimùm *arguunt defectum ſecundæ radicalis* ו *vel* (י)

At *Monoſyllaba cum* (-) *vel cum* ִ *abſque* י, *vel cum* (ָ) *plerunque geminant poſtremam.*

157. *In Quieſc. ſecundâ* ו, *accentus adhæret primæ radicali. In Quieſc. tertiâ* ה, *ſecundæ.* ut,
גָּלָה exultavit illa. גָּלָה revelavit ille.
גָּלוּ exultârunt גָּלוּ revelârunt.
Pſ. 46. 7. הָמוּ גוֹיִם מָטוּ מַמְלָכוֹת fremuerunt gentes, commota ſunt regna, ab הָמָה & מוּט

158. *Solâ ſignificatione diſtingues hæc, & ſimilia,* וַיָּגֶל à גָּלַל volvit, וַיָּגֶל à גּוּל exultavit, רְדוּ à יָרַד deſcendit, רְדוּ à רָדָה dominari. הוּשַׁב factus eſt ſedere, הוּשַׁב factus eſt reverti. תֻּכּוּ conjuncti ſunt, (à תָּכָה) תֻּכּוּ percutientur, (à נָכָה) Sic בָּנוּ (pro בָּאנוּ) venimus, & בָּנוּ in nobis. בָּנִים filii, & בָּנִים (à בִּין) intelligentes. לַנּוּ (à לוּן) pernoctârunt, & לָנוּ nobis, &c.

159. *Unica ſi tantùm remanſerit, fronti præpone* נ, *fini poſtpone* ה

Excipies pauca irregularia, בָּנוּ *venimus*, à בּוֹא, שַׂתָּ *poſuiſti*, מַתָּ *mortuus es*, à שׁוּת, מוּת, לַנּוּ *pernoctavimus*, à לוּן, תֵּת *dare*, à נָתַן, הִצַּתִּי *ſuccendi*, à יָצַת in Hiph. pro הוֹצַתְּתִּי

160. *Duarum literarum ſi prior fuerit* ה, *aut ex* אתינ, *ſemper eſt ſervilis, poſterior verò radicalis: proinde initio præpones* נ, *fini poſtpones* ה, ut הַךְ *percute*, אַט *inclinabo*, תִּשׁ *oblivisceris*, יַז *ſparget*, נַט *inclinabimus.* Excipe הַב *da*, (à יָהַב) הַס *ſile*, (ab הָסָה) נַס *tenta*, (à נָסָה) & תֵּת *dare*, (à נָתַן)

Extra hunc caſum, ſi duæ literæ extiterint, ſemper ſunt radicales, & ſic variè tentandum num capiti, medio vel fini, aliquid apponendum, donec quid ratio contextus requirat, reperiatur. Sit v. g. שַׁב, ſi præponas י, erit à יָשַׁב; ſi נ, à נָשַׁב: ſin inſeras ו, à שׁוּב; ſi gemines tertiam, à שָׁבַב: ſin apponas fini ה, erit à שָׁבָה

161. *Denique, Nominum ratio, in inveſtigando themate, eadem eſt quæ Verborum; ut enim Verba ſunt vel Perfecta, vel Imperfecta, ita & Nomina: & ut Verba Imperfecta in conjugando mutant vel amittunt aliquam Radicalem, ita etiam Nomina ab iis orta, eaſdē anomalias ſuſtinent.*

1. A Quieſcentib. primâ (י) orta, vel retinent י, ut מִיכַל *rivus*, מֵיתָר *chorda*. Vel abjiciunt, ut דֵּעַ & דַּעַת *ſcientia*, עֵצָה *conſilium*, שֵׁנָה *ſomnus*, צֵא *egeſtio*: & per reduplicationem צֶאֱצָא *germen*, תְּשׁוּעָה *ſalus*. Vel in ו *aut* ו convertunt, idque præcedente מ vel ת Heemanth. ut מוֹרָא *timor*, תּוֹרָה *lex*, תּוּשִׁיָּה *eſſentia*. Vel denique compenſant per dageſh, ut מַצֵּבָה *ſtatua*.

2. A Quieſcent. ſecunda ו nata, eam per aliquam vocalem longam oſtentant, ut זָר *alienus*, לֵץ *deriſor*,

עֵדָה *testimonium*, (Item *cœtus*, & sic est à (יָעַד שִׁיר *canticum*, אוֹר *lux*. Et præterea adsciscunt מ vel ת Heemanth. ut מָלוֹן *diversorium*, תְּלוּנָה *murmur*. Ter ה, ut הֲנָפָה *agitatio*. הֲנָחָה *requies*, הֲפָגָה *remissio*. Et duo ון Heemanth. ut זָדוֹן *superbia*, שָׂשׂוֹן *gaudium*.

3. A Quiescentib. tertiâ ה derivata, mutant illud in (י) vel ו, ut בְּכִי *fletus*, כִּי *ustio*, רִי *irrigatio*, נְי *lamentum*, עָנִי *mansuetus*, שְׁבוֹ *achates*, חֲנִית *hasta*, גָּלוּת *migratio*. Vel prorsus abjiciunt, ut, אָב *pater*, בֵּן *filius*, בַּת *filia*. Et præterea adsciscunt מ vel ת Heemanth. ut מִצְוָה *præceptum*, תִּקְוָה *spes*, (ubi ה, est formativum; at ה, est radicale, ut מַרְאֶה *visus*.) Vel syllabam ון ut רָצוֹן *voluntas*.

4. A defectivis primâ נ orta, deperdunt נ, ut סוֹעָה *profectio*, שִׂיא *elevatio*, שְׂאֵת *excellentia*, שִׂיג *insectatio*. Et præsente ה vel מ Heemanthico, per dagesh compensant, ut הַצָּלָה *liberatio*, הַכָּרָה *cognitio*, הַתּוּךְ *fusio*. (Et hæc tria sunt cum ה, plura cum מ) מִשְׁמָרָה *custodia*, מַתָּן *donum* &c.

5. A geminatis nata, amittunt alteram eandem, ut תָּם *perfectus*, קֵן *nidus*, עֹז *robur*. Et crescente voce istas vocales, in breves & dagesh convertunt. Vid. Reg. 125. (sicque differunt à quiescentib. secundâ.) Præterea, adsciscunt etiam מ vel ת Heemanth. ut מָעוֹז *robur*, מֵסַב *circuitus*, מָסָךְ *operimentum*, מָגֵן *clypeus*, מוֹרָד *descensus*, מוֹרֶךְ *mollities*. תֶּבֶל *confusio*. Semel ה, ut הֲמוּלָה *loquela*.

FINIS.

BREVIS ET PERSPICUA

INSTITUTIO

LINGUÆ CHALDAICÆ,

AD

INTELLIGENDUM LIBROS

Codicis Sacri, Chaldæo idiomate conſcriptos,

præcipuè comparata.

CHALDÆO

Idiomate conſcriptum eſt

JER. Caput 10. v. 11.

DAN. Cap. 2. à verſu 4. ad fin.

Cap. 3, 4, 5, 6, 7. integra.

ESR. Cap. 4. à ver. 8. ad finem.

Cap. 5. integrum.

Cap. 6. ad verſ. 19.

Cap. 7. à verſ. 12. ad 27.

Linguæ Chaldaicæ brevis Institutio.

Cap. I.

De Natura & Proprietate Linguæ Chaldaicæ.

R. 1. *CHaldæorum Literæ, Vocales, & Accentus, figuris, & officiis, per omnia respondent Hebræis.*

R. 2. *א ut quiescat, more Syrorum, sæpè rejicit vocalem suam ad præcedentem literam shevatam,* ut

בֵּאדַיִן *in tunc*, pro בְּאֱדַיִן
בָּאתַר *post*, pro בְּאָתַר

Sic etiam apud Hebræos.

כָּאבִיר *ut potens*, pro כְּאַבִּיר
חָטָאת *peccatum*, pro חַטְּאַת
רֵאשִׁית *principium*, pro רְאֵשִׁית
ad formam שְׁאֵרִית &c.

Et tale א aliquando excidit, ut, בָּתַר *post*, pro בְּאָתַר

Sic quoque apud Hebræos מַלְּפֵנִי *docens me* pro מְאַלְּפֵנִי Job. 33. 11. וָאַבֶּדְךָ *& perdidi te* pro וָאֲאַבֶּדְךָ. Sic רֵשִׁית *principium*, שֵׁרִית *residuum*.

R. 3. *Sheva etiam post vocalem longam hîc communiter elingue fit*, ut עֲבִידְתָּא *opus*. אֲחִידְתָא *ænigma*.

Et sic (·) & (-) promiscuè usurpantur. אָזְדָא *iens*, Dan. 2.8. pro אַזְדָּא vide infrà Benoni Pehal.

R. 4. *Dagesh forte resolvitur in* נ *shevatum*, ut וְאִנְדַּע *& sciam*, pro אִדַּע מַנְדַּע Dan. 2.9. pro מַדַּע *scientia*, à יְדַע

Et sic apud Hebræos קִנְצֵי *fines*, pro קִצֵּי Job. 18.2. תַּמְנוּ *consummârunt*, pro תַּמּוּ Psal. 64.7. ubi נ sequi videtur. Et מָעוּזְנֶיהָ *fortitudines ejus*, pro מָעֻזֶּיהָ Jesa. 23.11.

R 5. *Chaldæi amant sonos contractiores, ideóque familiare sibi habent* (:) ut

פְּקַד *jussit* ex פָּקַד
בְּשַׂר *caro* ex בָּשָׂר
מְלֵךְ *rex* ex מֶלֶךְ

Et sic apud Hebræos גְּבַר *vir*, pro גֶּבֶר Psal. 18.26.

R 6. *Sibilos fugiunt, ideóque commutant Hebræorum Dentales in Linguales*, ut

ז in ד ut דְּהַב *aurum* ex זָהָב
חֲדִי *pectus* ex חָזֶה, דָּא *istud*, ex זה
צ in ט ut עֵטָא *consilium*, ex עֵצָה
קִיט *æstas*, ex קַיִץ
ש in ט ut קְטַר *vinxit* ex קָשַׁר
Sæpius in ת ut תוּב *reverti* ex שׁוּב
תּוֹר *ταῦρος* ex שׁוֹר
תְּלָת *tres* ex שָׁלֹשׁ

שֶׁ Relativum in ד, ideóque ש est hîc radicale, ד verò servile.

R. 7. *Literas ejusdem organi, & quiescentes sæpe inter se commutant*, ut

א, ה & (י) ut חֲדָא & חֶדְוָה & חֲדִי *gavisus est*, ex חָדָה
רֵישׁ *caput*, ex רֹאשׁ, קְרָה *vocavit*, ex קָרָא
ב in פ ut פַּרְזְלָא *ferrum*, ex בַּרְזֶל
ג in כ ut כִּפְרִית *sulphur*, ex גָּפְרִית
ד in ט ut טִבָּה *infamia*, ex דִּבָּה
ה formativum fœmin. perpetuò ferè in א, ut טוּבָא *bona*, ex טוֹבָה

Quod etiam interdum apud Heb. fit: ut גָּבְהָא *extulit se*, חָגָא *tripudium*, שֵׁנָא *somnus*, כֻּלָּא *tota*, &c.

ו in א ut טְאֵב *bonus fuit*, ex טוב
ט in נ ut טִינָא *lutum*, ex טִיט
ל in ד ut אֲזַד *abiit*, ex אָזַל
ע in א ut אָעָא *lignum*, ex עֵץ

ק in כ ut תְּכַן *ordinavit*, ex תְּקַן
ש in ס ut סְמַר *custodivit*, ex שְׁמַר ad hanc permutationem proclivissimi fuerunt Ephrataei, Judic. 12. *Shibboleth* & *Sibboleth*.
ת in ט ut טְעָא *erravit*, à תְּעָה quod etiam semel scribitur טָעָה Ezek. 13. 11. fortasse quòd in Chaldaea versatus fuerat Propheta ille.

R. 8. *Characterum affinitas non paucas etiam vicissitudines creavit*: ut ab Hebr. אֶרֶץ fit Chald. אַרְעָא & hinc אַרְקָא *terra*, à צֹאן fit עָאן *grex*, A רָצַץ fit רְעַע *confregit* &c.

Et sic apud Hebr. עָר *hostis*, octies usurpatur pro צָר ut notavit Masora in Mich. 5. 14.

R. 9. *Metathesis cum Antistoichiosi, etiam hîc crebra*, ut תְּדִירָא *sedulitas*, ab Hebr. טָרַד *perseveravit*, תְּרַע *porta*, ex Hebr. שַׁעַר &c.

R. 10. *Prothesis literae* ש *&* ס *ab initio, Epenthesis literae* ר *&* ל *in medio, hîc non insueta*, ut שַׁעְבֵּד *servivit* ex עֲבַד, שַׁחְלֵף *permutavit*, ex חֲלַף, סְרִיק *inane*, ex ריק Sic שַׁלְאֲנָן *viridis*, ex שַׁאֲנָן, שַׁרְבִיט *sceptrum*, ex שֵׁבֶט, כָּרְסֵא *solium*, ex כִּסֵּא

R. 11. Denique *Aphaeresis literae* א *ab initio, & Apocope literae* ח *vel* ע *in fine, fit usitata*: ut, חַד *unus* ex אֶחָד, נָשׁ *homo* ex אֱנָשׁ, בֵּי *domus* ex בַּיִת, שְׁב *septem* ex שֶׁבַע Hinc ex יֵשׁוּעַ fit in Evangelio יֵשׁוּ *Jesus*.

Cap. II.

De Nomine.

R. 12. G*Enus Foemininum fit, mutando Hebraeorum* ה in א, ut צִדְקָא *justitia*: nisi forte alterum א praecesserit, tunc enim Hebraeorum ה restituitur, ut נְבוּאָה *prophetia* (idque ut vitetur similis literae concursus)

Illud itaque בְּדִתְאָא *in gramine*, Dan 4. 15. hinc Masoritae eximunt, quae ita cum duplici א concurrente legunt.

Praeterea retinent etiam terminationem foemin. Hebr. ית & ות *rarius* ה ut מִלָּה *verbum*. Sed frequenter ת apocopatur, ut נְוָלִי *sterquilinium*, אֵימְתָנִי *terrifica* (Dan. 7. 7. ubi (ִ) est pro (ֵ) à masc. אֵימְתָן *terribilis*, quod est ab אֵימָא *terror*) מַלְכוּ *regnum* צְלוֹ *precatio*, בְּלוֹ *vectigal*.

Et terminatio ית vel ות aliquando adverbiascit, ut אֲרָמִית *Aramicè*, תִּנְיָנוּת *secundò*.

R. 13. *Status Emphaticus hîc fit adjecta ad calcem litera* א ut חַכִּים *sapiens*, at חַכִּימָא *sapiens ille*.

(*Nota*. Usus א Emphatici, patentior est hîc, quàm apud Hebr. ה Emphat. & sensu distinguendum est, ab א foemin.)

Quod si addatur foemininis, mutat א *vel* ה *foemininor. in* ת, ut מַלְכָּא *regina* מַלְכְּתָא *regina illa*. מִלָּה *verbum* מִלְּתָה *verbum illud*, cum ה loco א

Et haec forma apud Hebraeos etiam est in usu, ut יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus*, עֶזְרָתָה *plenissimum auxilium*, עַוְלָתָה *omnimoda iniquitas*, עֵיפָתָה *omnimoda obscuritas* אֵימָתָה *formido maxima*, מְזִמָּתָה *scelus gravissimum*.

R. 14. *Genitivum* quemlibet exprimunt per Regimen, vel per דִּי vel דְּ *Dativum*, per ל *Accusativum*, aliquando per יָת *Ablativum*, per מִן, vel ב

R. 15. *Dualis Numerus desinit in* יִן, ut יְדַיִן *manus* מָאתַיִן *ducentae*.

Vel in יִן in nomine numerali תְּרֵין *duo*. תַּרְתֵּין *duae*. *Plu-*

R.16. *Pluralis in masculino absoluto, exit in* ין. ut חַכִּימִין *sapientes.*

In Emphatico in יָא ut חַכִּימַיָּא *sapientes illi.*

Vel ex Syriacismo in יֵא ut חַכִּימֵיא

Nota. 1. Quæ in singulari desinunt in (י) in plurali mutant (י) in א, ut יְהוּדִי *Judæus* pl. יְהוּדָאִין Et sic apud Hebræos פְּתִי *simplex*, pl. פְּתָאִים

2. אַב *pater*, in plurali assumit ה ut אֲבָהִין *patres*, emphaticè אֲבָהָא

R.17. *Pluralis in fœmin. absoluto, exit in* ן. ut חַכִּימָן *sapientes fœminæ.*

In Emphatico in תָא ut חַכִּימָתָא *sapientes illæ.*

(Sicque differt à singulari emphatico, quod desinit in תָא ut גְּבוּרְתָּא *potentia*, at גְּבוּרָתָא *potentiæ.*)

Nota. Quæ in singul. desinunt in ות, mutant ות in plur. absoluto in וָן, in Emphat. in וָתָא ut מַלְכוּת *regnum*, pl. מַלְכְוָתָא & מַלְכְוָן *regna.*

R.18. *Status constructus mutat Fœmin. Sing.* א *in* ת ut צִדְקַת

Dualium ין & *Plur.* ין *in* י ut חַכִּימֵי, יְדֵי

Fœmininor. Plural. ן & תָא *in* ת & תֵי ut חַכִּימַת & חַכִּימָתֵי

Cap. III.

De Pronomine.

R.19. Pronomina separata sunt Novem.

1 אֲנָא & אֲנָה *Ego.*
אֲנַן, אֲנַחְנָא, נַחְנָא *nos.*

2 אַנְתְּה *tu* Com.
אַתּוּן אַנְתּוּן *vos* Masc.
אַתֵּן אַנְתֵּין *vos* Fœm.

3 אִנּוּן, אִיהוּ, הוּא *ille.*
אִנּוּן הִנּוּן, הִמּוֹ, הִמּוֹן *illi.*

4 אִיהִי הִיא *illa.*
הִנִּין אִנִּין *illæ.*

5 דְּנָה דֵּן *iste, ista.*
דָּךְ דִּךְ *iste ista.*

6 דִּכֵּן דִּכֵּן *iste, ista*, gen. commun.

7 אִלּוּ אִלֵּין אִלֵּה, אֵל
אִלֵּךְ *illi, illæ.*

8 מַן *quis, quæ, quid*, & sic apud Hebræos מָן הוּא *quid hoc* Ex. 16. unde *Manna.*

9 דִּי *quis, quæ, quod*, Relativum utriusque gen. & num. Aliquando conjunctio causalis דְּ *quòd.*

Cap. IV.

De Verbo Perfecto.

R.20. Tertia persona sing. fœminina Præteritorum, apud Chaldæos exit in ת. Et sic apud Hebr. אָזְלַת *abiit*, Deut. 32. 36. וְשָׁבַת *& revertetur*. Ezek. 46. 17. Sin autem tertia radicalis fuerit ר, exit in ת ut הִתְגְּזֶרֶת *excisus est*. Dan. 2. 34.

Quòd si tertia fuerit ח, desinit in ת ut הִשְׁתְּכַחַת *inventa est*, Dan. 6. 22.

Et sic apud Hebr. וְנוֹסְרָה *& erudita fuit*, Gen. 20. 16. & וְנִשְׁכַּחַת *& oblivioni tradita est.*

R.21. *Terminationes Præteritorum in sing. num. sunt* ת תְּ תָּ ת

In Plurali ו א תוּן תֵּן נָא

In Futuris pro syllaba afformativa נָה est ן, & initium masculinæ, in tertia persona fœmin. manet.

R.22. *Omnes Infinitivi terminantur in* א *vel* ה. Excepto Infinit. Peal, quod incipit à מ

Gerundia fiunt per literas Bachlam, ut apud Hebræos: ut
לְמִכְנַס *ad congregandum.*
בְּמִפְקַד *in jubendo* כְּמִפְקַד &c.

At post מ interponitur ל ut

מִלְמִפְקַד

מִלְּמִפְקַד *à jubendo*, i.e. *ne jubeat.*

Et ſic invenitur Hebraicè מִלְּבוֹא *ab ingredi*, i.e. ex quo ingreditur (quis) Chamath, Am.6.14.

Aliquando מ formativum Pehal detrahitur, ut לֶהֱוֵא *ad eſſe*, i.e. ut ſit, & ſic ſemper in Daniele, לִבְנֵא *ad ædificandum* Eſr.5.3. & 13.

Aliquando Infinitivi aſſumunt terminationem nominum fœmininam ות ſed maxime cum Affixis. לַהֲתָבוּתָךְ *ad reſpondendum tibi*, Dan. 3.16. Sic לַהֲקָימוּתֵהּ *erigere eum*, cap.6.3. Et ſic apud Hebr. לְהַשְׁמָעוּת *ad faciendum audire.* Ezek. 24.26. וּמִן הִתְחַבְּרוּת *& ex eo poſtquam conjunxerat ſe.* Dan.11.23.

Conjugationes ſunt tres.

R.23. *Prima Activa dicitur P E A L, cujus in præterito primum punctum eſt* (:) *ultimum* (-) (..) *vel* (.) Semel cum (ְ) expreſſo עֲשִׁית *cogitavit*, Dan.5.3.

Paradigma Conjug. Pehal.

Praterit.

Sing.	Pl.
(.) (..) פְּקַד *Juſſit.*	פְּקַדוּ
(ִ) פְּקַדְתְּ	פְּקַדָא
פְּקַדְתְּ	פְּקַדְתּוּן
(a) פְּקַדְתְּ	פְּקַדְתֵּן
(b) פִּקְדֵת	פְּקַדְנָא

Nota. (..) & (.) per totum præterit. retineri poteſt, ut, נְפַלֵת *ceſſavit* 4.24. שְׁאֵלְנָא *petiimus* Eſr.5.9. שְׁלִטוּ *dominati ſunt.* Dan.6.24.

(*a*) Plerunque hîc fit eadem Maſcul. qui fœmin. ut, וּתְקֵפְתְּ *& roboraſti te.* Dan. 4.24. quod nimirum pronomen אַתְּ unde hæc perſona formatur, Chaldæis ſit utriuſque generis.

(*b*) Si prima ſit guttur. eſt (-) ut, עַבְדֵת *feci*, אַמְרֵת *dixi.*

Imperativ.

Sing.	Pl.
(..) (.) (-) פְּקַד	פְּקֻדוּ
פְּקֻדִי	פְּקֻדָנָא

Terminatio (-) (.) (..) ubique eſſe poteſt.

Si prima fuerit gutturalis eſt (ֲ) ut אֲמַר *dic*, at cum accentu eſt (..) ut, אֱזֵל *abi.* Eſr.5.15.

Futur.

Sing.	Pl.
(..) (.) (-) אֶפְקֹד	נִפְקֹד
תִּפְקֹד	תִּפְקְדוּן
תִּפְקְדִין	תִּפְקְדָן
יִפְקֹד	יִפְקְדוּן
תִּפְקֹד	יִפְקְדָן

Ante guttural. literæ *Ethin* habent (-) vel (ִ) ut, יַעֲבֵד *faciet.* תַּעַבְדוּן & תַּעַבְדוּן *facietis.* Sic יַעֲבַר *tranſibit.*

Terminatio (ְ) vel ו eſt hîc frequentiſſima. Et ſic apud Hebræos תִּשְׁמוּרֵם *cuſtodiet eos*, Prov.24.13. וָאָנוּשָׁה *& dolui*, Pſ.69.21. יִשְׁפּוּטוּ *judicabunt*, Exod. 18.16. תַּעֲבוּרִי *tranſibis*, Ruth.28.

Infinitiv.

מִפְקַד

מ Ante gutturalem habet (ֶ) ut מֶעְבַד *facere.*

Benoni.

פָּקֵד (*a*)
פָּקְדָא
פָּקְדִין
פָּקְדָן

Punctum primum eſt etiam (-) ut, אָזְלָא *iens*, Dan.2.8. חַשְׁחִין *egentes*, Dan.3.16.f. חַשְׁחָן Eſr.6.9. וּפַרְסִין *& dividentes*, Dan.5.25.

(*a*) Pro terminali (..) ſubſtituitur hîc (-) ut apud Hebræos.

Pehil, i.e. *Pahul.*

פְּקִיד
פְּקִידָא

Sin ultima fuerit gutturalis aut ר, habet

פְּקִידִין habet (-) ut, אֲמַר, יְדַע,
פְּקִידָן

Nota.1. Pehil originem habet ex Hebræo Pahul, mutato ו in י. unde etiam fit quòd aliquando ejus analogam vocalem retinet, ut, שְׂמַת *positus est*. Dan.6.17.

2. Pehil variatur per personas, genera & numeros, quasi esset præteritum cum (י.) expresso, ut,

Sing.	Pl.
פְּקִיד	פְּקִידוּ
פְּקִידַת	פְּקִידָא
(*a*) פְּקִידְתָּ	פְּקִידְתּוּן
פְּקִידְתְּ	פְּקִידְתֶּן
פְּקִידֵת	פְּקִידְנָא

(*a*) Dan.5.v.27. תְּקִילְתָּא *appensus es*, cum א loco Hebræor. ה paragog.

R.24. *Passivæ Conjugationes imitantur formam Hebræorum Hithpahel, præponendo activæ* אִתְ *vel* אֶתְ *rariùs* הִתְ

Et sic etiam apud Hebr. אִתְחַבַּר *associavit se*, pro הִתְ 2 Chron.20.35. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *in prædam dederunt se*, Psl. 76.6.

Literæ sibilantes זסצש eodem modo hîc transponuntur ut apud Hebr. ut, אִשְׁתְּמַר pro אִתְשְׁמַר *custodivit se*, אִזְדְּמַן pro אִתְזְמַן *præparavit se*.

Et aliquando hoc ת transpositum à Dagesh absorbetur, ut, הִזְּמִנְתּוּן *comparâstis vos*, Dan.2.9. Et sic apud Hebr. הִזַּכּוּ *purificate vos*, Jesa.1.16.

Huc referendum est illud Marc.7.34. *Ephphata* (aperire) quod regulariter esset אֶתְפְּתַח & absorpto ת, pro אֶפְּתַח פ autem quantumvis dageshatum effertur per φ, quæ pronuntiatio adhuc hodie Arabibus & Syris est usitata. Sheva verò mobile effertur per A ut aliâs fit in γαββαθα, ex גַּבַּתָּא, & *Sabachtani* ex שְׁבַקְתַּנִי &c.

R.25. *Prima passiva* ITHPEHAL, *formatur ab Activa, præponendo* אִתְ *vel* הִתְ hoc modo.

Præterit.

אִתְפְּקֵד
אִתְפְּקִדַת
&c. אִתְפְּקִדְתְּ

Quando ultima est gutturalis, pro priori (:) assumitur (-) furtiv. (ut apud Hebr.) ut, הִשְׁתְּכַחַתְּ *Inventus es*, Dan.5.27.

Imperativ.

אִתְפְּקֵד
&c. אִתְפְּקִדִי

Imperat. & Futur. habet אֶתְ ad differentiam Præteriti.

Futur.

אֶתְפְּקֵד
תִּתְפְּקֵד
&c. תִּתְפַּקְדִין

Infinit.

אִתְפְּקָדָא

Particip.

מִתְפְּקֵד
&c. מִתְפַּקְדָא

R.26. *Secunda conjugatio Activa dicitur* PAHEL, *Passiva* ITHPAHEL, *habétque characterem secundæ radicali impressum, nempe Dagesh forte* (ut apud Hebr.) *præcedente* (-) & terminatur in (..) aliquando etiam in (.) vel (-)

Pahel	Ithpahel
Præterit.	
(-) (.) (-) פַּקֵּד	(.) (..) אִתְפַּקַּד
פַּקְּדַת	
פַּקֵּדְתָּ	
פַּקֵּדְתְּ	
פַּקְּדֵת	

(G) Pl.

Pl.

פַּקִּדוּ
פַּקִּדְנָא
פַּקִּדְתּוּן
פַּקִּדְתֵּין
פַּקִּדְנָא

Imperativ.

אֶתְפַּקַּד פַּקֵּד (.)
&c. פַּקִּדִי

Futur.

אֶתְפַּקֵּד אֲפַקֵּד
תְּפַקֵּד
&c. תְּפַקְּדִין

Dagesh sæpe ex literis shevatis excidit, ut, יְשַׁמְּשׁוּנֵּה *ministrabant ei*, Daniel.7.10.

Infinit.

אִתְפַּקָּדָא פַּקָּדָא

Habet formam nominis Hebraici בַּקָּשָׁה *petitio*

Particip.

מִתְפַּקֵּד מְפַקֵּד

Dan.2.40. מְרַעַּע *confregit*, est cum (·) ob guttural.

Nota. Ad formam PAHEL, pertinent quadrilitera; ut, תַּרְגֵּם *interpretatus est*.

R.27. *Tertia conjugatio Activa dicta* APHEL, *plerunque mutat Hebræorum* ה *in* א, quod aliquando etiam reperitur in Hebraico sermone, אֵגְאַלְתִּי *inquinavi*, Jesa.66.1. אַבְרֵךְ *genua flecte*, Gen.41.2. Et superaddito Hebræorum ה, וְהֶאֱזְנִיחוּ & *abscedere facient*, Jesa.19.6.

Aliquando servat Hebræorum ה, ut, הַקְרְבוּהִי *adduxerunt eum*, Dan.7.13.

Passiva OPHAL, *sequitur Hebræorum Hophal*: ut, הָחָרְבַת *desolata est*, Ezr.4 15. הָתְקְנַת *confirmatus sum*. Dan.4.33. הָנְחַת *dejectus est*. Dan.5.10.

Aphel. Ophal.

Præterit.

אַפְקֵד (.) אָפְקַד
אַפְקִדָא
אַפְקֵדְתְּ תְּ
&c. אַפְקֵדֵת

Dan.2.25. est אַשְׁכַּחִית *inveni*, pro אַשְׁכְּחֵת

Imperativus.

אַפְקֵד

Futur.

אַפְקֵד (.) אָפְקַד

Infinit.

אַפְקָדָא הַפְקָדָא אַפְקָדָא

Posterius א sequente substantivo mutatur in ת ut, לְהַנְזָקַת מַלְכִין *ad nocendum regibus*, Esr.4.22.

Partic.

מַפְקֵד

Nota. *Character temporis & conjugationis sæpe simul in Aphel manent*, ut, יְהוֹדְעוּ *notum facietis*, יְהַשְׁפִּל *dejiciet*, Dan.7.24. מְהַחְצְפָא *festinans*, Dan.2.15. מְהַחֲתִין *repositi*, Esr.6.1.

Et sic apud Hebr. יְהוֹשִׁיעַ *servabit*, יְהוֹדֶה *celebrabit*, unde Juda &c.

CAP. V.
De verbis Quiescentibus.

QUIESCENTIA PRIMA א

R.28. *IN futuro & infinitivo Pehal*, א *radicale quiescit in* (..) ut, יֵאמַר *dicat*. Ipsúmque א sæpe excidit, ut, לְמֵמַר *ad dicendum*, כְּנֵמָא *quasi dicamus*; frequens apud Esram, ubi א supprimitur & ר per א suppletur.

Et sic apud Hebr. אֵהַב *diligam*, אֵזִל *abibo*, תֵּזְלִי *digredieris*, תֵּהַר *adunabis*, וַיֵּתֵא & *venit*, מֵזִין *auscultans*.

R.29. *In Aphel*, א *transit in* י, *in Ophal*, *in*

in ו, ut, לְהוֹבָדָה *ad perdendum,* הוּבַד *perditum est.*

Exc. 1. אמן in Aphel, mutat א in (ו) quiescens, & assumit charact. Heb. ה, ut, הֵימִן *credidit,* מְהֵימַן *fidelis.*

2. אֲתָא *venit,* in Aphel mutat א in (ו) mobile, in Ophal in (ו) quiesc. ut, לְהַיְתָיָה *ad adducendum,* Dan. 5. 2. וְהֵיתָיִת *& adducta est.* Dan. 6. 17.

QUIESCENTIA PRIMA (ו)

R. 30. *Prima radicalis* (ו) *in Imperat. Futuro & Infinitivo Peal, aliquando abjicitur,* ut, דַּע *scito.*

Aliquando in Dagesh commutatur, ut, אִדַּע *sciam,* יִכֻּל *possit.*

Aliquando Dagesh resolvitur in נ, ut, וְאִנְדַּע *& sciam,* Dan. 2. 9.

R. 31. *In Aphel* (ו) *shevandum transit in* ו, ut, אוֹתִב *sedere faciam.*

QUIESCENT. SECUNDA ו

R. 32. *Media radicalis* ו, *expungitur,* ut, apud Hebr.

At Ithpehal dageshat ת

Pehal.	Ithpehal.
Præterit.	
קָם קָמַת	אִתְּקָם
קָמְתָ קָמְתְּ	
קָמֶת	
Imperat.	
קוּם קִים	אִתְּקָם
Futur.	
אֲקוּם	אֶתְּקָם
תְּקוּם תְּקוּמִי	תִּתְּקָם
יְקוּם (*a*)	יִתְּקָם (*a*)

(*a*) Esr. 5. 3. יְהָךְ *proficiscetur,* cum (ְ)

(*a*) Et cum (ו) ut, יִתְּזִין *alebatur,* Dan. 4. 12.

Infinit.

מֵקָם מִתְּקָמָה

Irregulare לִמְהָךְ *ad proficiscendum,* Esr. 7. 13.

Benoni.

קָאֵם קָיְמִין מִתְּקָם

קָיְמָא קָיְמָן

Nota. Benoni Pehal mutat ו in א, quod in plurali & genere fœmin. transit in (ו) mobile. Proinde ista quæ scribuntur cum א, ut, זָאעִין, דָּאְרִין, Masoritæ legunt per (ו) mobile, דָּיְרִין *habitantes,* זָיְעִין *trementes.*

Manet tamen א fixum, cum (ֲ) ut, קָאֲמַיָּא *stantes,* Dan. 7. 16.

Particip. Pehil קִים inde שִׂימַת *posita est.*

Præterit.

Aphel.	Ophal.
אֲקִים & הֲקִים	הֳקִימַת
אֲקִימַת &c.	

Consistere facta est, Dan. 7. 4. retento (ו) ex Aphel.

Imperat.

אֲקִים &c.

Futur.

אֲקִים & אֲקִים

תְּקִים & תָּ

Et cum ה charecter. יְהָקִים *eriget,* Dan. 6. 15. יַהֲתִיבוּ *reverti facient,* Esr. 6. 5.

Infinit.

אֲקָמָא in Affixione desinit in ות

Et cum ה pro א utrinque, לַהֲזָדָה *ad superbiendum,* Dan. 5. 20.

Benoni.

מְהָקִים & מְקִים *suscitans,* Dan. 2. 21. Et suppresso ה, מָרִים *extollens,* Dan. 7. 2.

QUIESCENTIA TERTIA א, ה, vel (ו)

(Promiscuè tertia radical. א ה vel (ו) hîc usurpantur, ut, חֲדָא & חֲדָה et חֲדִי *lætatus est.*)

R. 33. *Tertia Radical.* ה *vel* א *in medio syllabam terminans, mutatur in* (ו) *quod*

quod in secundis personis movetur per (-) in primis quiescit in (.) vel (..)

R.34. א *vel* ה *in medio syllabam inchoans, unâ cum puncto præcedenti abjicitur. Et tunc quæ Hebraicè desinunt in* ו *ea Chaldaicè per* ו *efferuntur*, ut, הֲווֹ *fuerunt* pro הֲוַו Sic, וְיִשְׁתּוֹן *& biberunt*, Dan. 5. 2. Sic, תִּתְרְמוֹן *projiciemini*, Dan.3.15.

Nota. Quorum tertia radical. est (ֵ) ea in pl. num. nudum saltem ו assumunt, ut, וְשָׁרִיו *et ceperunt*, Da.5.2

Et sic apud Hebræos הִמְסִיו *liquefecerunt*, Josu.14.8.

Præterit.

Pehal.	Ithpehal.
גְּלָא גְּלִי	אִתְגְּלִי
(*a*) גְּלַת	
גְּלִיתָ ־תְ	
גְּלִית ־יֵת	
Pl.	
גְּלוֹ גְּלִיו	
(*b*) גְּלִיתוּן ־תֵּן	
(*c*) גְּלִינָא	

Cum (..) מְנָא *numeravit*, Dan. 5.25.

(*a*) aliquando expressum א, ut וּמְלָאת *& replevit*, Dan.2.35. Et pro (ֵ) est (-) וּמְטַת *& pertigit*, Dan.4.19.

(*b*) חֲזֵיתוּן *vidistis* cum (ו) quiesc. Dan.2.8.

(*c*) בְּעֵנָא *postulavimus*, Dan. 4. 23. suppresso (ו) quod imitatur Heb. מָלֵתִי *implevi* pro מָלֵאתִי Job.32.19.

Nota. Verbum שְׁתָה *bibit*, adsciscit hîc א per prothesin, ut, אִשְׁתִּיו *biberunt*, Dan.5. aliquoties.

Imperat.

גְּלִי גְּלָא	אִתְגְּלִי
גְּלוֹ גְּלֶנָא	

Futur.

אִגְלֵא	אִתְגְּלֵי
תִּגְלֵא	

Infinit.

מִגְלָא	אִתְגְּלָאָה

Esr.5.9. לְמִבְנְיָא *ad ædificandum*, ubi א paragogic. & tertia radicalis transit in (י) Et compensato מ per Dagesh, לְבִּנֵא Esr. 5.3. & 13.

Benoni.

גָּלֵא גָּלְיָן	מִתְגְּלֵי
גָּלְיָא גָּלְיָן	

Benoni in plurali Mascul. desinit instar Dualis, ut, בָּנַיִן *ædificantes*, at Dan.4.16. לְשָׂנְאָךְ *osoribus tuis*, retinet א

Pehil.

גְּלִי גְּלַיִן

Sic שָׁרֵא *habitans*, בָּנֵה *ædificans*.

Aliquando (:) dilatatur per (-) ut, גְּלִי *revelatum est* vel (..) גְּלִי Sic קְרִי *lectum est*, Esr.4.18.

Juxta hanc analogiam conjugatur

Pahel.	*Ithpahel.*	*Aphel.*
	Præterit.	
גַּלִּי גַּלִּי	אִתְגַּלִּי	אַגְלִי
	Imperat.	
גַּלִּי	אִתְגַּלִּי	אַגְלִי
	Futur.	
אֲגַלִּי	אִתְגַּלִּי	אַגְלִי
	Infinit.	
גַּלָּאָה	אִתְגַּלָּאָה	אַגְלָיָה
	Particip.	
מְגַלֵּי	מִתְגַּלֵּי	מַגְלִי

CAP. VI.
De Verbis Defectivis.

DEFECTIVA PRIMA נ

R.35. *Prima radicalis* נ *deficit ut apud Hebræos*, ut, פּוּק *egredere. Et post literas Heemanthi in Dagesh commutatur:* ut, Imper. Aph. אַתִּרוּ *defluere facite.*

Irregularia sunt אַחִת *descendere fac.*

fac. Esr. 5. 15. וְתַחֵת *& descendere facies,* Esr. 6. 5. absorpto Dagesh.

GEMINANTIA SECUNDAM.

R. 36. *Geminantium, altera deficit eodem modo ut apud Hebræos,* ut, דַּק ex דְּקַק *comminuit.*

Pehal. Ithpehal.

Præterit.

דַּק דַּקְּת | אִתְּדַק
דַּקְּתְ
דַּקַּת (Differt à Quiescentib. secundâ, per (-))
Pl. דַּקּוּ

Exclusо Dagesh דָּקוּ *comminuta sunt,* Dan. 2. 35.

Imperativ.

דֹּק דֹּקִּי | אִתְּדַק
דֹּקּוּ

Futur.

אֵדֹּק | אֶתְּדַק
תֵּדֹּק

Dan. 2. 40. תֵּרֹעַ *confringes,* cum (..) ob indageshabilem.

Infinit.

מִדַּק | אִתְּדָקָא

Partic.

דָּק דָּקִין | מִתְּדַק

Aphel. Ophal.

Præter.

אַדֵּק אַדֶּקֶת
אַדֶּקְתְּ

Irregulare est הַדֶּקֶת *contrivit,* Dan. 2. 34. & הַנְעֵל *introduxit,* Dan. 2. 25. resoluto נ in Dagesh.

הֻעַל *introductus est,* Dan. 5. 13. הֻעֲלוּ *introducti sunt,* ad analogiam Hebraici Hophal.

Imperat.

אַדֵּק

Sic הַעֲלְנִי *introducito me,* Dan. 2. 24.

Futur.

אֲדֵק

Infinit.

אַדָּקָא

Sic לְהֶעָלָה *ad introducendum* cum (..) ante guttural. Dan. 5. 7. & לְהַנְעָלָה Dan. 4. 3.

Particip.

מַדֵּק & מְהַדֵּק *conterit,* Dan. 2. 40.

CAP. VII.

De literis Præfixis.

R. 37. LIteræ præfixæ apud Chaldæos sunt sex, ד, ה, & וְכַלְב

ה duntaxat est interrogantis, ut, הַצְדָא *verúmne?* Dan. 3. 14.

ד respondet Græcorum articulo ὅς, ὅ, τό.

Literæ וְכַלְב eodem modo hîc sumuntur, quo apud Hebr: nisi quod ו nunquam hîc convertit tempora.

CAP. VIII.

De Affixis.

R. 38. *Affixa primæ personæ sunt,*

Sing. { ִי nom. sing. ַי plural. { ַנִי verbor. cum נ epenth. נַנִי

Plur. נָא, נָא, ָן נָן Nomin. & Verb.

Affixa secundæ personæ,

Sing. ָךְ, ָךְ, ַיךְ נָךְ { masc.
Plur. כוֹן

Sing. ִךְ, ַכִי נִךְ { fœm.
Plur. כֵן

Affixa tertiæ personæ,

Sing. ֵהּ, ַהּ נֵהּ cum nomine pl. וֹהִי M.
Plur. הוֹן, הוֹם at נוּן solis verbis.
Sing. ַהּ, ָהּ, נַהּ cum nom. plur. הָא F.
Plur. הֵן נִין, נִין נֵן.

Notæ. Quæ habent literam נ ante præcipuam literam affixi, verbis duntaxat affiguntur: Quæ habent (ׅ) ante præcipuam literam Affixi, plur. nomin. conveniunt, ut, ךָ֫יְ

R.39. *Propter Affixa,* אָ *afformativum mutatur in* תֵ*, at* א *emphat. &* ן *nota pluralitatis excluditur.*

Nota. אַב *pater,* ante affixa (excepto (ׅ)) assumit ו ut, אֲבוּךְ *pater tuus.*

Irregulare est אֲבָהָתִי *patrum meorum* pro אֲבָהָתַי Dan. 2.23.

Et, אִית vel אִיתַי *sunt, est,* cum Affix. tertiæ pers. facit אִיתוֹהִי *sunt illi.*

R.40.

Cap. IX.

De Mutatione Punctorum.

C*Rescentibus literis, decrescunt puncta eodem planè modo ut apud Hebræos.* Ideóque

(ֶ) ultimum in Regim. transit in (-) (..) ut apud Hebræos.

Omne (-) in (:)

Forma עַיִן in עֵין

Ex priori (:) fit (.) (-) vel (ֶ) &c.

In his & similibus, Chaldæi cum Hebr. easdem Leges retinent.

Et hîc ad calcem Institutionis hujus notabis. Quòd ן *paragogici usus sit creberrimus apud Chaldæos,* הָ *verò paragogicum rarissimum,* secus quàm fit apud Hebræos.

F I N I S.

Errata in Grammatic.

PAg. 10. Col. primâ, lin. 30. dele *m*.
22. Col. primâ, lin. 28. lege, *poſcit* (ֻ)
24. Col. ſecundâ, lin. 31 lege יִכְּבֶּה
27. Col. primâ, lin. 35. lege *migrat in* (:)
28. dele Numeros 114. 155. 116. 117. in Columna.

Et ſi quæ alia ſunt, leviora ſunt: quæ tu benigne Lector, tempori potiùs & feſtinationi, quàm noſtris conatibus, attribues.